



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

Liber I. De generalibus principiis Theologiae moralis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716



THEOLOGIÆ MORALIS

Compendium absolutissimum

R. P. Pauli Laymanni Soc. Iesu Theologi.

LIB. I. TRACTAT. I.

DE CONSCIENTIA

CAP. I.

De Synteresi.



Ynteresis est habitus siue conser-
uatio principiorum practicorum.

Practica siue moralia principia
sunt vniuersales, ac per se notæ hu-
manarum actionum regulæ, & que-
dam lumina virtutum vera & incommutabilia. Vt,
Bonum honestum amplectendum, malum pecca-
ti fugiendum, non plus minusue irascendum, come-
dendum quam oportet, iuste viuendum, propriis
suis reddenda. 1.

CAP. II.

De Conscientia, quid sit?

COnscientia est iudicium rationis practicæ cir-
ca particularia per ratiocinationem deductum
ex principiis vniuersalibus contentis in Synteresi.
V.C. Omne malum peccati est detestandum: Per-
iurium est malum peccati, quippe rectæ rationi ad-
uersum. Ergo.

A

Con-

2 Conscientia partim se extendit ad opera præterita, si mala, remorsus: si bona, testimonium Conscientiæ 2. Cor. 1. Vel ad futura, dictando quæ faciēda tanquam honesta, & quæ omittenda tanquam turpia.

3 Coroll. 3. Conscientia est actus elicitus à virtute prudentiæ, circa particularia. Synteresis autem continet vniuersalissima principia prudentiæ. Inter synteresin & prudentiam particularem, est media moralis scientia siue iuris prudentia. V. C. In malis promissis fides non est seruanda: Omne iuramentum seruari debet, quod sine dispendio salutis æternæ seruari potest: hæc comparata ad synteresin, conclusiones sunt; comparata ad prudentiam, sunt & ipsa moralia quædam axiomata, recteque viuendi regulæ, 2.

CAP. III.

Quotuplex Conscientia.

1 Conscientia alia est vera, recta, alia est falsa, errans. Est diuisio analogica, quippe cum errans Conscientia propriè nomen Conscientiæ non meretur.

Conscientia recta est, quæ ex practicis principiis secundum omnes circumstantias rectè applicatis, colligitur de agendo vel non agendo.

Porro applicatio illa principiorum interdum vera est tam speculatiua quam practica veritate & tunc emergit conscientia omnimode vera. V. C. Ius suum cuique tribuere, honestum est, coniugi autem ius competit ad coniugii actum, Ergo ipsi suus coniunx rectè & honestè coniugii debitum reddit: hæc autem

autem est mea legitima coniunx, vti verè perspectū habeo, ergo. Interdum applicatio illa est solum practice vera in ordine ad practicam conclusionem seu conscientiam rectè formandam. V. C. Gen. 29. Iacob. Honestum est accedere ad propriam vxorem, atqui hæc est mea vxor, vti prudenter arbitror. Ergo:

Accessus ille erat honestus, quia quiuis vir prudens, spectatis omnibus circumstantiis, ira iudicasset.

Corollar. Licet eiusmodi Conclusio seu iudicium, secundum quid falsa, secundum obiectum scilicet præcisè spectatum, absolutè tamen est vera; 1. quia, vt vidimus per bonum argumentum ex principiis practicis absolutè veris, concludi potest, ex vero autem non nisi verum. 2. quia talis conscientia est regula proxima honeste operationis, ideoque propriè actus prudentiæ virtutis semper ad verum inclinantis.

Conscientia falsa siue erronea dicitur, quæ ex falso siue erroneo practico principio colligitur, V. C. Cultus religiosus est Deo gratus, sed mentiri pro religionis augmento honestum & Deo gratum: atqui hoc mendacium in religionis augmentum cedit: ergo licitum est nunc mentiri; quæ conclusio erronea, quia ex erroneo principio deducta.

Conscientia erronea diuiditur in inuincibilem & vincibilem. Inuincibilis est, cum error moraliter vitari non potest, ideo nec voluntarius, nec ad culpam imputatur.

Vincibilis est, cuius error vitari potest ac potuit, ac proinde indirectè voluntarius & culpabilis. Consequenter voluntas sequendo hanc conscientiam, peccat, inuincibilis autem excusatur.

Actus mendacii v. g. religionis causa inuincibilis aliquo modo bonus est, secundum intentionem finis, quamuis deficiat à rectitudine honestatis, secundum applicationem medii, quæ tamen deficientia propter ignorantiam excusatur. 4.

3 Conscientia 3. alia est suadens, v. c. Virginitatem; alia præcipiens, V. C. non mentendum.

4 Conscientiæ diuisio in dubiam & scrupulosam secundum similitudinem solum est: quia conscientia debet esse practicum iudicium siue assensus siue rationis: at nec dubitans nec scrupulosus determinatè iudicat aliquid agendum: sed ambiguus hæret.

C A P. IV.

Quanta sit obligatio Conscientiæ præcipientis.

1 **A**ssertio 1. Conscientia recta obligat sub peccato. Probatur, quia voluntas peccat si in operatione non sequitur regulam suam: atqui conscientia intellectus rectè præcipiens est regula: Ergò.

Nota. Regula proxima voluntati est conscientia rationis, ducta ex Synteresi, lex diuina remora. 4.

2 Assertio 2. Voluntas peccat, agens contra conscientiam erroneam. Rom. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est.

Ratio. Cum obiectum voluntatis sit bonum, ac malum, prout est in apprehensione rationis, ideo si ratio apprehendat aliquid, ac voluntati proponat, tanquam bonum morale necessarium ac præceptum, aut prohibitum, esto re ipsa præceptum aut prohibitum non sit, (si bonum) voluntas illud bonum respiciendo

spuendo (malum amplectendo) consentit in transgressionem legis. 5.

Corollarium. Operans contra conscientiam erroneam, vincibilem & inuincibilem, ea ipsa specie peccati, atque contra eam virtutem delinquit, pro grauitate vel leuitate materiae, venialiter vel mortaliter, Supposita actione libera, quia si in carceratus existimet se peccare, missam non audiendo, non idè peccat, nec scrupulosus inuoluntarias suas actiones peccata putans. 5.

Assert. 3. Hoc interest inter conscientiam errantem inuincibiliter & vincibiliter, quod illa voluntatem obligat, adeò; vt nisi sequatur, peccet: quia lex falso existimata errore, qui deponi non potest, ratione eius deceptionis, adeoque per accidens obligat non minus quam præceptum verum, adeò vt qui secundum tale existimatum præceptum operatur, moraliter non malè sed potius benè operetur, vt dixi cap præcedenti. Ad vincibiliter verò conscientiam errantem sequendam voluntas non obligatur, sed tantum ad non repugnandum; nam qui per vincibilem ignorantiam existimat V. C. mentiendum esse, vt vita hominis liberetur, is duo virtualiter iudicia format; 1. Oportet mentiri, ad quod voluntas non obligatur, inuoluit enim contradicere. obligari voluntatem ad peccatum: atqui voluntas sequendo conscientiam errantem vincibiliter peccat, ergò non obligatur ad eam sequendam. 2. Iudicium; Malum peccati est non mentiri: secundum quod iudicium, si voluntas nolit mentiri, idem peccat, quia conformat se malo peccati existimati, sicut constat ex secunda assertione.

Obiicies: Hinc sequitur hominem perplexum 4

A 3 fore,

fore, vt quidquid agat, peccaturus sit: si enim sequendo conscientiam vincibiliter erroneam, consentiat in mendacium, peccabit contra veritatis virtutem: si autem resistendo conscientiae, mentiri nolit, peccabit contra veritatem misericordiae. Resp. non esse hominem simpliciter perplexum, aut constitutum in absoluta necessitate peccandi, potest enim & debet deponere errorem, quo deposito, cessabit talis conscientia; dum autem non deponitur, est necessitas peccandi, sed non nisi ex hypothesi, id est, si nolis deponere errorem.

Nota; tunc errorem esse vincibilem, cum intellectus iudicat aliquid agendum vel omittendum non sine formidine oppositi, expresse vel implicite dictans rem magis considerandam esse. Quod si autem aliquis eò perplexitatis deueniat, vt vtrumque oppositorum ~~petitur~~, esse peccatum, mentiri scil. contra veritatem, & non mentiri contra misericordiam, & non habeat, quem consulat, tunc minus malum eligendum scil. mentiri vt scil. culpa, quae grauior videtur, contra misericordiam euitetur, quod si demum adeò perplexus sit, vt neque hoc ipsum arbitrari possit, vtrum ex propositis ipsis malis minus existat, tunc non peccabit, quicquid egerit, quia nemo, necessitate peccat. Aliud exemplum de Parocho die festo veniens sacrificaturus pro populo, recordatur se ieiunium non esse, nec alius sacerdos accersiri, nec populus edoceri, *potest* vt sine Missa quietus abscedat. 6.

De Conscientia dubia.

Not. 1. Dubium est distinctum ab opinione, 1
sententia seu iudicio.

Dubium est cum mens anceps hæret, vt neutri parti contradictionis assentiatur. Opinio est assensus incertus, non carens saltem virtuali formidine oppositi. Iudicium excludit omnem dubitationem, vel propter euidenciam obiecti, vel propter contestantis auctoritatem.

Not. 2. Dubium aliud est iuris, & aliud facti. 2

Dubium iuris dicitur, quod est de obligatione, aut facultate legitima agendi, vel de legitimo actus valore. Diuiditur in speculatiuum & practicum. Speculatiuum dubium iuris est, in quo non quæritur directè de praxi, & de humana actione, vtum ea licita sit, necne, sed de quodam alio legitimo, V. C. Vtrum Baptismus in nomine Christi sine inuocatione Sanctæ Trinitatis sit validus. Dubium iuris practicum est, in quo directè quæritur de praxi, seu actione morali, num ea licita sit. Hoc iterum duplex. 1. Generale & abstractum, num V. C. Contractus census germanici usurarius sit? vtum liceat die festo bellare, piscari, &c. 2. Practicum practice, propriè, cum in particulari dubitatur, vtum hic & nunc mihi liceat die festo pingere, bellare. Prius, quia remotum à praxi, reducitur ad speculatiuum.

Dubium facti dicitur, in quo ambigitur, vtum aliquid factum sit necne, V. C. vtum ætas septennii completa, vtum horæ lectæ. Cæterum ex dubio facti plerunque oritur dubium iuris, V. C. vtum votum F. dubitas

A 4 Religio-

Religionis ediderit, mox incipit dubitare, vtrum obligetur. Item ex Dubio iuris, Practicum; V.C. *dubitans* Vtrum Baptismus validus fuerit, mox dubitare incipit, an repeti debeat, vtrum res fuerit sua, mox an eam retinere possit.

N Eadem diuisio, quæ est Dubii, est etiam Opinionis & Sententiæ.

§. I.

De Dubio Iuris propriè seu practicè practico.

3 **A**sert. 3. Agere vel omittere aliquid cum dubio propriè practico, semper est peccatum, probat. Rom. 14. Quod non est ex fide, peccatum est; id est, quod non fit cum determinato iudicio intellectus. Ratio 1. Omnis actus humanus rectus & honestus debet esse prudens; prudentia autem consistit in iudicio mentis definiens, quid hic & nunc licet fiat, vel non fiat. 2. Exponens se periculo peccandi, peccat eodem genere peccati, cui se exponit, qui autem agit aliquid vel omitterit cum dubio practico, id est, dubitans vtrum agendo vel omitterendo peccet, is committit se peccandi periculo. Ergo,

4 Ad rectè operandum requiritur iudicium practicum, moraliter certum, quo excludatur omnis formido oppositi. Nam prima regula humanarum actionum debet esse firma & constans, scilicet conscientia recta, quæ est actus prudentiæ, vnius ex intellectualibus virtutibus, quæ semper ad verum inclinant, at opinione aliquando fallimur. Deinde, quicumque exponit se periculo peccandi, peccat, at quicumque operans practicè certus non est, is committit se periculo peccandi, Ergo, excipe scrupulum & per-

& perplexitatem, quâ intellectus vtrumque iudicat peccatum, & eo errore se expedire nequit.

§. II.

De Dubio seu questione practicè vniuersali, quæ est inter diuersas Doctorum opiniones probabiles.

Not. 1. Qui vni parti quæstionis opinativè assentit, potest alteram nihilominus probabilem iudicare, sed non veram asserere. Non veram dico, quia impossibile est, vt intellectus duabus propositionibus contradicentibus directè assentiatur, sive vtramque veram iudicet: sed hoc ipso, quod vni debiliter assentitur, & veram iudicat, eius contradicenti dissentit, falsamque iudicat, cum tamen consistere potest, vt eandem probabilem censeat. Sic Doctores frequenter sententiam aliquam adductis rationibus falsitatis arguunt, quam tamen probabilem esse fatentur. Cæterum cui vna pars quæstionis vel per rationem evidens, vel per fidem certa apparet, ei pars opposita nullo modo probabilis videri potest. 9.

Not. 2. Licet omnis pars quæstionis, si probabilis sit, opinativum assensum gignere possit, tam absolute id non potest in omni intellectu. Si enim tibi pars opposita quæstionis probabilior videatur, seu maiora rationum monumenta in illam partem perspicias; licet assensum omnem cohibere tunc possis, tamen ex hypothesi, quod alteri parti assentiri velis, necesse est, vt probabiliori assentiaris, alteri autem minus probabili tunc assentiri non potes. Si enim minus probabili assentiaris, seu veram iudices, hoc

A 5 ipso

ipso oppositam falsam æstimas, quod fieri non potest, dum ea tibi probabilior apparet, propterea quod intellectus iudicativus secundum specificationem non omnino liber sit, sed à rationibus seu motibus obiecti determinetur. Nec resp. Quod propositio vna ratione falsa, altera vera sit, cum veritas & falsitas intra Contradictorios terminos versantes, latitudinem non habent.

NB. Hoc axioma habet hunc sensum (propositio hæc verior, id est, verisimilior est, quàm eius opposita.
 9 Not. 3. Probabilis sententia, quæ certitudinem non habens, tamen vel gravi autoritate, vel non modici momenti ratione nititur.

Gravis autoritas est etiam vnus viri docti & probi; qui tamen talem doctrinam non temere, sed post perspecta rationum pondera, quæ in oppositum afferri possunt, amplexus est. 9.

7 Assert. 1. Ex duabus probabilibus contradicentibus opinionibus, quæ versantur circa actionem humanam, an ea sit licita nec ne, quisque in praxi, sive operatione sequi potest, quam velit, & si ipsi operanti altera speculativè minus probabilis videatur. Prob. Opinionem, quæ non est aliena à recta ratione, potest quis prudenter sequi, atqui probabilis opinio, quia nititur gravi autoritate non est aliena à recta ratione, Ergo. Speculativè magis probab. opinio nihil facit ad rem, quia cum sit incerta & fortasse falsa, non potest esse regula operationis.

Assert. 2. Ex duabus probabilibus opinionibus minus probabilis minus tuta potest sequi, prob. In moralibus operationibus, non est necesse sequi quod optimum est: sed sufficit sequi quod bonum ac tutum. At quod opinio probabilis tradit, id bonum actu-

ne tutum est. Ergo Probatur maior (cum minor certa ex dictis) tum quia alioquin consilium non differret à præcepto, tum quia nimis gravis obligatio incumberet homini operanti, si sc. quisquã examinare deberet, vtra duarũ propositionũ probabilior esset.

Sed objicies, quod *in dubiis tutior via eligenda* juxta 8 c. iuvenis de sponsalib. & c. si quis autem di. 7. de pœnit. Tene certum & dimitte incertum. Resp. Regulam illam potius cõsiliũ, quam præceptũ continere. Secũdo id locũ habet in dubio practicẽ practico, vbi nisi sequar tutiorẽ partẽ, cõmitto me periculo peccati, quod non habet locũ in dubio abstracto.

Nota. Ad hanc assertionem pertinet reg. 31. in 6. Qui certus est, certiorari non debet.

N.B. Certitudinem Conscientiæ non esse speculativam ex principijs intrinsicis rei petitam: sed esse practicã, ex practicis & rei extrinsecis principijs desumptã. V.C. Sententię Doctorũ pbabiliter doceti aliquid esse licitũ agere, possũ me in praxi cõformare.

Coroll. 1. Doctor alteri consulenti consilium dare potest nõ solum ex propriã, sed etiam ex oppositã probabili aliorũ sententiã, si hæc illi favorabilior sit. 9

Coroll. 2. Si pœnitens in praxi bona fide sequatur 10 sententiam tutã & probabilem, Confessarius verò eandem speculativè improbabilem censeat, tenetur tamen absolvere, quia Confessarius non potest negare absolutionẽ bene disposito, & nullum peccati obicem ponenti. Nec obstat si dicas Confessariũ esse superiorẽ pœnitentis, nõ enim est superior simpliciter neq; ius habet præcipiendi in omnib., sed solũ in ordine ad peccata, q̄ ad tribunal pœnitentię adferũtur. 12.

Coroll. 3. Superiori præcipienti secundum opi- 11
nionem probabilem, subditus tenetur obedire etiã
contra

contra propriam magis tutam & probabilem. Si enim subditus aliquid licite agere potest, præcipiente superiori, etiam debet.

12 *Deinde*, In dubio inter superiorē & subditū præsumptio est pro superiore, arg. c. quid culpatur. 23. q. 1.

Et licet subditus dubitet, utrum superior iuste præcipiat, tamē tenetur obedire, nisi grave damnum timeatur. 12.

§. III.

De Dubio iuris mere speculativo.

13 **R**egula illa, quod liceat quamvis probabilem sententiam sequi, accommodanda non est ad quæstiones mere speculativas, qualis est de valore baptismi, V. C. si ministretur in materia, vel forma dubia & incerta, nam licet in scholis probabiliter doceatur, tamen cum sit mere speculativa, nihil dicat de operando, Et in sententia dubia periculum est, ne invalide sacramentum administretur, cum magna irreverentia.

Excipitur tamen casus necessitatis, in quo recte administratur sacramentum, perfertim unum ex necessariis, cum dubio valoris saltem sub conditione. Ita enim v. c. proles baptizatur, exerta ex utero solā manu, si periculum in mora sit, cum enim ratio dicat, ex duobus incommodis minus eligendum, in tali casu cessat periculum irreverentiæ formalis. 13.

14 Non tamen requiritur in quæstionibus de valore Sacramenti exacta certitudo, sed sufficit magna probabilitas, quomodo aiunt *Doctores* sacramentum esse sacramentum pœnitentiæ accipere, cum sola attritione etiam cognita, conformando se probalissimæ senten-

sententiæ, quod talis dolor in Sacram. sufficiat, quia opposita sententia negans attritionem sufficientem valde improbabilis est: quia sequeretur hominem nunquam iustificari per ipsam susceptionem Sacramenti Pœnitentiæ, cum iam ante per contritionem eum iustificatum esse oporteret, quod tanquam improbile communiter iam rejicitur. 13.

De Medico & Chirurgo.

Medicus in curando infirmum sequi debet sententias certas & securas, relictis incertis ac dubijs. Ratio; quia Medici officium & lex charitatis ita postulat, ut adhibeantur remedia, quæ ad propositum sanitatis finem magis idonea sunt, id est, profutura non obfutura iudicantur.

Quod si nulla nisi dubia & periculosa medicamenta suppetant, & Medicus intelligat, certò moriturum infirmum, nisi medicamentum adhibeatur, non carens quidem periculo accelerandæ Mortis, iunctum tamen cum probabili spe conferendæ sanitatis, adhibere poterit. Adrian. ex Galeno. 14.

De Iudice in Causa dubia.

Iudex debet sententiam ferre, quæ inspectis allegationibus & probationibus, probabilior iurique conformior est, 1. Quia iudicis officium est partibus litigantibus sententiam dicere secundum merita causæ: est autem per se notum, eam litigantium partem, quæ causam suam in iudicio secundum leges & rationes probabilius defendit, potiore iure mereri. Ergo.

Nota. Iudicem non secundum benevolentiam
iudicare

iudicare debere iuxta regulam 12. in 6. In iudicio non est acceptio personarum habenda. 14.

Quod si causæ & rationes hominum litigantium æqualis sint, tunc iudex allegare potest eam ad superiorem vel arbitros partium consensu statuere, vel compositionem suadere, vel vni dimidium, alteri alterum dimidium iuris aut rei, de qua lis est, adiudicare.

Probabilior verò causa ceteri debet illa 1. cui lex eo loco recepta assistit. Nam *iudex in mandatis habet, vt secundum leges iudicet.* l. nemo. C. de sentent. Adde iudicem defectum scientiæ advocatorum & litigatorum supplere posse ac proferre, quod scit legibus ac iuri publico convenire, iuxta Abb. in c. Raynutius, num. 11. de testam. vbi ait. *Vbicunq; aliquod ius ex deductis in iudicium competit parti, licet pars ignoret, potest & debet Iudex ex officio supplere, cum ipsi notorium sit.* Quæ ad facta pertinent, illa ex notitia proferre debet, quæ ex actis & instrumentis accepit.

2. Quam loci consuetudo tuetur, iuxta l. 1. C. quæ sit longa consuetudo. Nam in dubio *Optima est legum interpretis consuetudo.* leg. si de interp. ff. de legib.

3. Quam Doctores eo causarum genere bene periti communiter sequuntur. 4. Quam firmiter rationum momenta stabiliunt. 5. Si cætera paria sunt, benigniora proferri debent, iuxta reg. 56. ff. *quod promissori favet, vt in casu dubio minus astringatur.* Item, quod fidei & Religioni, atq; animæ salutem conducit: nam tales causæ, quam maximè favorabiles esse solent, *summa enim ratio est quæ pro religione facit,* l. sunt personæ. ff. de religiof. Præterea, *cum partium iura obscura sunt, Reo potius favendum est quam Actori.* reg. 11. in

6. Quare Actore non demonstrante, Reus absolvi debet,

debet, non quidem pronunciando ipsum innocentem esse, sed crimen de eo demonstratum non fuisse.

De Advocato.

NOta. Hæc quæ de Iudice dicta, de Advocato 17
dici non possunt, quia Advocati officium non est definire, seu ius dicere inter partes contendentes, sed parti vni litigantium assistere. Consequenter si Advocatus causam clientuli non manifeste iniquam, sed probabilem iudicet, licite eius causam suscipit, etsi causam adversariam probabiliorem, & facilius obtinendam arbitretur. Nam quotiescunq; causa dubia seu controversa est, permittitur parti litem cum adversario contestari; atque propositis iuribus ac rationibus suis, iudicis dirimentis sententiam postulare. *Potest autem quis per alium, quod potest facere per seipsum. reg. 68. in 6.* Nam ideo iura Advocatum permittunt, ut sit vicarius partis litigantis.

Cæterum Advocatus causam dubiam suscipiens, 18
debet 1. inspicere diligenter causæ æquitatem, & si iniustam comperiat, non suscipiat patrocinium, alioquin tanquam concausa ad compensationem damni parti læsæ obligatus erit. 2. Ut sincere aperiat clienti, quantam probabilitatem & spem victoriæ obtinendæ habeat, alias si spe inani & sumptibus frustraneis clientem involuat, ad compensationem damni obligatur. 3. Ut paratus sit abstinere & clienti significare, quam primum in progressu litis iniquitatem deprehenderit.

His adde 1. Si bonâ fide & probabili ignorantia 19
ductus Advocatus causæ patrocinium suscepit,
& po-

& postea ex noua causa, V. C. propter instrumentum repertum, vel clientuli confessionem, causæ iniquitatem deprehendit, salarium nihilominus peti potest, secus si ob imperitiam causæ iniquitatem non cognouit.

Adde 2. quamvis absolute loquendo talis deprehendens iniquitatem causæ, quam defendendam suscepit, possit eam derelictâ parti adversæ operam præstare, dummodo secreta quæ cum expresso, vel tacito reticendi pacto accepit, non aperiat; tamen plerunque id scandalo non carer, ideoque dissuadendum, nec à magistratu permittendum 16.

- 20 Adde 3. Quod peccet Advocatus, sicut & Iudex vel Consiliarij, si intellecto, quod pars vna litigantium causam iniquam habeat, auctores sunt transactionis faciendæ, cum alterius partis damno, quandoquidem transactio solum in causa dubia intervenire debet.

De Iure dubio Proprietatis.

- 21 **S**I bonæ fidei possessori superveniat dubium, num res sua sit, & post diligentem veritatis inquisitionem, nihil certi cognoscere possit, licite eam retinet, imò & absomit, & qui tali possessori in dubio rem aufert, peccat ac restituere debet. 16.

Sed licet postea alienam fuisse demonstratur, non amplius tamen obligatur, quam inde locupletior factus Prob. Assertio; nam in pari causa possessor potior haberi debet reg. 170. ff. siue in pari delicto, vel causa potior est conditio possidentis. reg. 65. in 6.

Quod si bonæ fidei possessor speculative probabilius iudicet, rem alterius esse, dum tamen moralem

lem certitudinem non habet, ad nullam restitutionem obligatur. Non tenetur aliquis iure possessionis suæ seipsum privare ante omnem iudicis sententiam, nisi constet rem ad alterum pertinere. Vt S. Augustinus, Bonæ fidei possessor rectissime dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum: cum vero scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc malæ fidei possessor perhibebitur. Dum vero partium iura obscura sunt, ordinariè loquendo, est præsumptio pro possessore. 17.

Secundo, Qui ab initio dubius fuit, & ideo non bonæ fidei possessionem rei nactus, debet eam restituere, saltem secundum proportionem dubij iuris, quod alter in illa re habere videtur. Qui enim rem aliquam accipit, dubitans vtrum accipiendi ius habeat, is malæ fidei possessor est: igitur durante hoc dubio, possessio illi suffragari non debet.

De Dubio valoris Matrimonij.

Dubitans de matrimonij contrahendi valore (quia V. C. certum nuncium de morte coniugis non accepit) abstinere cogitur, ob favorem sacramenti, ne invalidè administraretur, & ob hoc principium; Malæ fide contractum iniri, possessionemque inchoari ab eo, qui ab initio dubitat, num contrahendi ius habeat. Quare qui ita malæ fide contraxit, durante dubio, reddere, sed non petere debitum potest.

Quod si vero post matrimonium bonæ fide contractum superveniat dubium, de illius valore, licite potest petere debitum. Nam dubium superveniens bonæ fidei possessori obesse non debet.

De

De Iure belli in causa dubia.

25 **E**Xorto inter Principes dubio de iure proprietatis, potior est causa possessoris bonæ fidei. Sin longè probabilius iudicetur, ad alterum rem pertinere, tunc possessor in transactionem consentire debet: alioquin bellum contra eum geri potest, si partes contendentes iudicem superiorem non habent, Quod si verò possessor dubius superiorem iudicem habeat, tunc, antequam condemnetur, nihil restituere tenetur, dummodo actor impeditus non sit, quo minus, si velit, iudicio contendere possit: possessor etiam iustæ sententiæ superioris sustare paratus sit.

26 Si neuter contendentium rem bonâ fide possideat, tunc vnus alterum mutuo consensu ad transactionem cogere potest, vt dividantur omnia proportione dubij iuris, quod cuiq; competere videtur. Quod si iustæ huic transactioni & petitioni alter satisfacere recusset, iam iniustus esse incipit, ideoque bello peti potest.

27 Per accidens, videlicet ob ignorantiam fieri potest, vt bellum ex vtraq; parte formaliter iustum sit, vt si partes post exactam causæ discussionem iudicio discrepent: & vna quidem arbitretur, certò sibi rem debitam esse, altera vero sibi; Quo casu alteram quidem partem necesse est decipi: Si tamen error invincibilis, & non ex pravo affectu ortus, sit, fieri potest, vt bellum vtrouque iustum sit. 20.

Qui in aliquo regno subditi sunt, si de aliqua re contendant, debent stare sententiæ Regis, vel præiudicis Regni, ideoque inter tales ordinarie bellum gerere non potest.

§. IV.

§. IV.

De dubio & questione Facti.

Dubium facti v. c. cum quæritur vtrum quis sit²⁹
 24. annorum, potius speculativum est quam
 practicum, quia per eam quæstionem directe non
 quæritur, vtrum operatio licita, V. C. tamen si pro-
 babile, quod aliquis 24. annorum, non tamen sequi-
 tur, quod liceat statim illi Presbyteratum accipere;
 sed eiusmodi quæstiones circa factum, aut qualita-
 tem facti ex principijs resolvi debent. 21.

NB. *Factum in Dubio ordinariè* (in rebus odiosis) non³⁰
 præsimitur, sed demonstrari debet, l. in bello. §. factæ, ff.
 de captivis. cui affine est illud l. 2. ff. de probat. *Ei in-*
cumbit probatio qui dicit, seu affirmat aliquid factum,
 non qui negat; intellige, nisi præsumptio potius sit pro
 affirmante, factum aliquid fuisse. Quo pertinet illud
 Mascardi Vol. 2. ff. de probat. *Factum in dubio præsu-*
mitur, si illud de iure faciendum erat, quia maius est, si
 existimemus aliquem munus suum rectè obijisse, at-
 que in eo quod egit, nihil necessarium omisisse. V. C.
 si constet alienationem aliquam factam esse, in du-
 bio præsumitur, omnem necessariam solemnitatem
 adhibitam, ita, si constet hominem vouisse Deo ali-
 quid, præsumitur sufficientem adhibuisse delibera-
 tionem, quia id natura in est, vt homo deliberatè a-
 gat.

NB. In dubio an aliquis votum ediderit, aut ho-³¹
 mini promiserit, non debet censerī obligatus. Sin
 verò constet promissionem factam, sed dubitetur,
 an ei satisfactum, stat præsumptio pro obliga-
 tione. Prior pars probatur, nam factum in du-
 bio non præsumitur, sed demonstrari debet.

Et hic etiam locum habet regula, *Nemo solvere cogitur, antequam monstretur esse debitor.* Posterior probatur. Nam executio voti, alteriusve obligationis est aliquid facti, quod in dubio non praesumitur.

Cæterum si quis probabilius esse arbitretur, ad eoque opinetur se votum executum fuisse, seu hoc absoluisse, immunis est ab obligatione, eo quod in moralibus sæpe certitudo haberi non potest, neque in talibus conscientias nimis gravare oportet.

32 In dubio non praesumitur aliquem actum, V. C. donationis, legati intervenisse: si autem constet actum esse, praesumptio est pro valore eius.

33 Qui dubitat, utrum 21. annorum, non tenetur ieiunare.

34 Si dubium est, utrum pubes fuerit adolescens cum votum edidit, à patre vel tutore cassari potest. Nam hæc ætatis mutatio est quid facti, quod non praesumitur, donec probetur. Accedit, quod in dubio superior non sit spoliandus iure suo.

35 Dubitans utrum 25. annorum, debet abstinere à presbyterio, partim quia factum in dubio non praesumitur, partim ob reverentiam Sacramenti, ne contingat hominem, cum legitimæ ætatis defectu, contra sacros canones ordinari. 22.

36 Dubitans an dies ieiunij transacta, seu nocturnum medium sit, non potest carnibus vesci. Dubitans vero, utrum sequens dies ieiunij cœpta sit, pergere potest vescendo donec certior fiat. Et quod talis non obstante illo dubio, postera die licite sacrificet, aut communice, non est improbabile. Secundo. Quia lex Ecclesiastica de ieiunio communicantium, non videtur tam arctè constringere conscientias in casu dubio, ut si quis dubitet, an dentibus masticans, de-

gluti-

glutiverit, &c. alia vero ratio est, si dubitetur de eo, quod ad substantiam Sacramenti pertinens ab Ecclesiæ voluntate non dependet.

Qui dubitat, vtrum peccatum mortale confessus fuerit, debet illud confiteri. 37

Dubitans an peceaverit mortaliter, debet ^{confiteri} quia tutior pars eligenda est in re favorabili, & animæ saluari. 23.

In dubio, vtrum censura contracta sit, benignior pars præferenda est. Sin verò constet contractam censuram, in dubio non præsumitur absolutionem datam esse. Ratio prior est, quia (in odiosis) delictum opere consummatum esse, atque exinde pœna consequens, in dubio præsumi non debent. Hinc reg. 167. ff. *Favorabiliores rei potius, quam actores habentur.* Reg. 15. in 6. Odia restringi, favores convenit ampliari. Probat. posterius ex Sanchez & Abb. in cap. proposuit, num. 4 de cleric. excomm. donec probeatur sublata. arg. reg. in 6.

In dubio iuris nemo censetur irregularis, sed neque in dubio facti, excepta irregularitate ex homicidio iniusto. Prob prius, Vbi dubitatur de culpa non est deferenda pœna, *satius enim est impunitum relinqui facinus innocens.* quam innocentem condemnare, iuxta l. absentem ff. de pœnis. Et in cap. is qui, de sent. excom. in 6. ad crimen incurrendum, requiritur, vt in iure expressum sit, cum autem ius dubium satis expressum non sit, ergo in dubio iuris, non incurritur irregularitas. 24.

Quod attinet dubium commissi homicidij ceteri debet dubitans in vtroq; foro irregularis, est communis sententia & fundatur in constitutione Pontificum, qui ob periculum specialis indece-

tia, si forte postea innotescat, homicidam ad sacrum altaris ministerium accessisse, in tali dubio abstinendum esse decreverunt, c. significanti.

Quod attinet alia dubia V.C. vtrum legitime sim natus, vtrum vxor virgo accesserit maritum, potest & clericus fieri, quia in iure dubia illa non expressa. 24.

NB. In dubio nemo condemnandus, in pœnis benignior interpretatio facienda.

40 Qui rationabiliter opinatur, quamvis non sine formidine oppositi, se hominem non occidisse, mortaliter non peccasse, aut peccatum confessum esse, practicè securus esse potest, quia in tali casu, cum ob humanæ naturæ imbecillitatem, maior certitudo haberi non potest, satis est sequi verisimiliora. Quod si verò agatur de valore sacramenti necessarii, maior necessitas requiritur ad hoc, vt cum rationabili formidine partis oppositæ operari licet. 25.

Puer Baptismum petens, de quo dubitatur, vtrum vsum rationis habeat, Baptizari debet parentibus reluctantibus infidelibus, si periculum in mora sit: sed & vice versa, si parens talem puerum Baptismo offerat, ipse verò reluctetur. Quia in dubio inclinandum est in favorem fidei & religionis: sed sub conditione; si capax es, ego te baptizo. 25.

42 Interdum verò ex diuersis principiis, pro vtraque quæstionis parte rationes probabiles occurrunt, vt discerni non possit, quarum maius momentum sit. V.C. Si in vtramque partem æquale rationabile dubium sit, vtrum pecuniarum debitor illas soluerit, nec ne; quæstio est an hoc casu ad solutionem integram teneatur. Quod teneatur prob. Quia factum in dubio

dubio non præsumitur, & creditor actione sua in dubio privari non debet. Quod non teneatur probatur, quia æquitas non patitur, ut debitor sine culpa sua magno periculo subijciatur bis solvendo debitum, Creditor autem, qui & ipse, ut pono, tale dubium non diffiteretur, nullo periculo expositus sit.

C A P. VI.

De Conscientia scrupulosa.

Scrupulus est vana apprehensio, & hinc ortus timor, peccatum alicubi esse, ubi non est, oritur ex naturæ infirmitate, pusillanitate & Melancholia. 26.

Remedia contra scrupulos, 1. Consultum est ex certa conscientia contra scrupulos operari, 2. nunquam iudicare se consensisse in peccatum mortale, nisi id certo deprehendat. 3. Ea solum confiteatur, quæ certa cognoverit. 4. Confessarium non de quibuscunq; scrupulis consulat, sed sæpe proprijs rationibus ac regulis à Confessario præscriptis utatur. 5. Cum primum animo scrupulus exoritur, prudenter aliqua ratione rejiciat. 6. Confessiones non repetat, sed confessario acquiescat. 7. Quod aliorum bonorum virorum vita & consuetudo alijs possit esse vivendi regula. 8. Nolle, quod præcepta, affirmativa & positiva, de ieiuniis, horis Canonicis &c. non secundum rigorem, sed secundum epieikian intelligenda sint. 9.

Sentire de Domino in bonitate & simplicitate cordis. Sap. 1. 28.

TRACTATUS II.

De Actibus Humanis voluntarijs & involuntarijs.

CAP. I.

De Spontanea & Voluntario.

1 **A**D Operationem Spontaneam requiritur, ut ab intrinseco principio procedat, & agens agnoscat quid agatur. Nam *Voluntas non fertur in incognitum*. Hinc spontaneum definitur, cuius principium est in agente, cognoscente singula, id est, ea omnia, ex quibus substantia actionis, tanquam obiecto suo, dependet V. C. Si Titius patrem ense occidat, necesse est, ut sciat esse hominem, esse patrem, esse ensem, &c. Nam actio parricidij ex natura versatur circa patrem.

2 **NB.** Spontaneo contradictorie opponitur non spontaneum: contrarie invitum, quare omne invitum est non voluntarium, sed non vice versa.

Differt autem invitum à non spontaneo, & involuntarium à non voluntario, 1. Subiecto, quia invitum & spontaneum solis substantijs cognoscentibus tribuitur, non voluntarium autem & involuntarium proprie solis intellectualibus; At verò non spontaneum & non voluntarium maxime substantijs non cognoscentibus competunt. 2. Differunt latitudine prædicationis. Omne enim invitum est non spontaneum, sicuti & omne involuntarium est non voluntarium, sed non vice versa: siqui-

siquidem ex contrario rectè infertur contradicto-
rium: *Est nigrum, ergo non album.* Non item ex con-
tradictorio contrarium, *Est non album, ergo nigrum.*
Confirmatur. Sola ignorantia facit actionem esse
non voluntariam, vt si hominem occidisti, inuincibiliter ratus esse feram, sponte homicidium non
commisisti. Non tamen sola ignorantia facit actio-
nem esse inuoluntariam; sed requiritur etiam repu-
gnantia voluntatis, vt dicaris inuitus agere. Qua-
propter, si inimicum, quem occisum vis, per inuincibilem errorem pro fera occidas, homicidium tibi
nec voluntarium erit, nec inuoluntarium. 29.

CAP. II.

De Libero.

Libera actio est, quæ post intentionem finis, & I
deliberationem rationis ex electione est.

Intentio est motus rationalis appetitûs in finem,
per media assequendum, cuiusmodi actio soli ho-
mini competit, nam solus ipse in bono cognito per-
cipit ordinem ac proportionem ad media: in qua
proportione formalis ratio finis consistit. Bruta,
quia carent intellectu, materialiter solum cognoscunt
bonum suum & finem.

Finis est, qui propter se appetitur, & cuius gratia
cætera velut media appetuntur.

Deliberatio rationis oritur ex indifferentia rerû, 2
intellectui in hac vita propositarum, quæ indifferē-
tia in eo consistit, quod nullum particulare obiectû
homini in hac vita appareat omni ex parte bonum
atque conueniens, hic & nunc necessario appeten-
dum si felix esse velit: nam in obiectis virtutum, V.
C. reperit molestiam, in obiectis vitiorum turpitu-
dinem.

dinem. Quamobrem humana ratio confert hinc apparentes rationes conuenientiae, illinc oppositas rationes inconuenientiae, & sic deliberat; ac deniq; concludit siue iudicat, diciturque talis processus intellectus, deliberatio & consilium, quod in brutis non reperitur, sed solum necessarius impulsus, siue determinatio potentiae ad prosequendum delectabile, & fugiendum molestum. 30.

3 Voluntas liberè eligit, vel respuit id, quod intellectus, facta consultatione iudicauit.

NB. Quamdiu Intellectus vnum ex propositis melius, aptiusq; ad finem intentum iudicat, voluntas non potest eò ipso oppositum eligere. Effet enim talis electio sine rationis iudicio, quod fieri nequit.

4 Duplex est libertas. 1. Secundum Exercitium, estque potestas seu indifferentia ad agendum & non agendum. Qualem libertatem homo in hac vita circa omnia obiecta habet: siquidem nullum obiectum est, cuius prosecutio adeo necessaria videri debet ad obtinendam felicitatem, vt omissio actus circa idè obiectum, nò etiam aliquam rationem boni haberi possit. Quod attinet ad vitam, beati necessariò amant Deum, ideò quia nulla ratio se offerre potest, cur Deus clarè visus, & voluntati tanquam summum bonum indefinenter propositus non ametur. 2. Libertas secundum specificationem, estq; potestas siue indifferentia, tum hanc, tum contrariam actionem circa idem obiectum exercèdi; V. C. circa Fidei propositionem, assensum ac dissentum, circa Deum, amorem & odium; Cuiusmodi libertatem homo in hac vita circa omnia bona particularia habet; non item circa bonum & malum in còmuni. Prius prob. Quia nullum est particulare obiectum, quod intellectui

le etui in hac vita adeo bonum appareat, vt non etiã
 in eo reperire possit aliquam rationem malitiã. Si-
 quidem optimum Deum apprehendere potest, vt
 punitorem sui, eaq; ratione ipsum odisse: neq; vllum
 obiectum adeo malum apparet, vt nõ habeat ratio-
 nem boni; nam omne malũ fundatur in aliquo ente,
 quod naturã suã bonum est: sic mors propria, quia
 à maiori malo liberat, per accidens bona iudicari
 potest. Posterior prob. Adæquatum obiectum vo-
 luntatis volentis est bonum, nolentis est malum; at-
 que in bonitate seu felicitate vniuersim seu abstractè
 considerata non reperitur aliqua ratio mali, & è cõ-
 tra. Ergo voluntas odisse non potest felicitatem, ne-
 que amare miseriam in communi. 31.

Liberò contradictoriè opponitur non Liberum, 5
 contrariè autem necessarium naturæ.

N. Sicut duplex necessitas. 1. præcipientis legis seu
 prohibentis, quæ est necessitas ex hypothesi, si reatũ
 ac pœnã declinare velis. 2. Necessitas naturæ. Sic ho-
 mo sumpto cibo nõ potest non nutriri, ita & duplex
 libertas, 1. ab obligatione legis, sic libera opera dicũ-
 tur, quæ non cadunt sub præceptum V. C. cælibatus.
 2. Libertas à necessitate naturæ; sic omnia ea libera
 dicũtur, quæ ex deliberatione rationis, & electione
 voluntatis fiunt, alioque nomine vocantur actiones
 morales, quia pertinent ad mores, quibus laudem
 vel vituperationem meremur.

Sola voluntas libera est formaliter à necessitate 6
 naturæ, intellectus autem est radix libertatis.

Illæ Actiones hominis propriæ dicũtur, quæ pro- 7
 pter finem ex deliberatione rationis fiunt, reliquæ
 quæ ex necessitate, naturales, V. C. dormire

Actus humani partim sunt elicitì à volũtate (V. C.
 quæ à libera voluntate immediatè eliciuntur; quorũ

alii circa finem versantur, & sunt 3. Simplex voluntas seu complacentia boni. intentio boni acquirendi, & fruitio seu gaudium in bono acquisito: alii verò versantur circa media, scilicet consensus, electio & usus) partim sunt imperati, qui sunt actus aliarum potentiarum, videlicet intellectus, appetitus sensitivi, & externorum membrorum, quæ voluntatis motionem suscipere solent. Adde; Ipsam voluntatem sibi ipsi imperare posse. sic V. C. Charitas vel pœnitentia imperat actus aliarum virtutum, quando voluntas ex motivo vnius virtutis, elicit actum alterius virtutis, V. C. ex amore Dei pauperis miseretur.

9 Coroll. 1. Intellectus per se & secluso actu voluntatis, non est capax peccati & meriti, similiter nec appetitus sensitivus, nam ad peccandum & ad merendum requiritur libertas à necessitate naturæ; atque intellectus per se non est liber à necessitate naturæ. Ergo.

Coroll. 2. Primus actus intellectus in quouis negotio, non est propriè humanus seu moralis sed naturalis, ideoque peccati meriti que incapax. Nam libertas non est sine actu voluntatis: Sed primus actus intellectus, seu prima cogitatio in quouis negotio est sine omni actu voluntatis: cum enim voluntas non feratur in incognitum, & consequenter omnem actum voluntatis præcedat actus intellectus, ne in infinitum abeamus, necesse est fateri, aliquem esse actum intellectus, qui volitus non sit, ideoque nec liber aut moralis: ad eiusmodi autem primam cogitationem homo à Deo immediatè potest moueri; ordinariè tamen per sensus exteriores, & per imaginationem naturaliter concitatam.

10 Coroll. 3. Actus intellectus & actus voluntatis, sunt

sunt inter se partim priores, partim posteriores. Primus enim omnium est apprehensio finis, seu actus intellectus proponens obiectum voluntati, ut bonum hominis: sequitur amor & intentio voluntatis; exinde mouetur intellectus ad inquirendū media, & consultandum ac denique iudicandum, quodnam conueniens ad finem obtinendum: succedit his liber consensus voluntatis amplectentis medium; post consensum in tempore executionis faciendæ; intellectus practicè iudicat medium à voluntate approbatum, membris exterioribus exequendum esse, qui actus imperium dici solet, procedens elicitiuè ab intellectu, ex electione voluntatis, cum sit intimatio quædam facta inferiori membro de executione voluntatis. Denique cum hoc ipso practico iudicio, seu imperio intellectus consentiens voluntas, re ipsa mouet & applicat potentiam ad executionem, quæ applicatio vsus appellatur.

Coroll. 4. Licet intellectus in actibus suis per se liber non sit, multum tamen pendet à libera motione voluntatis: tum quia voluntas intellectum applicat ad hoc vel aliud obiectum, tum etiam propter sympathiam, quæ est inter voluntatem & intellectum, ut ad quod obiectum affectus voluntatis inclinatur, id etiam melius magisque appetendum intellectui appareat. 33.

CAP. III.

Quotuplex sit voluntarium seu liberum.

Voluntarium substantiæ Intellectualis vel est necessarium vel liberum. Strictè, quomodo beati in cælo necessario amant Deum: & infantes & amentes & ebrii voluntate sua necessario feruntur in

tur in obiecto sub ratione boni proposita. Voluntarium liberum diuiditur 1. in elicatum, quod est ipse actus voluntatis cum ratione deliberationis elicitis

2. in imperatum, id est, actus intellectus, & aliarum potentiarum, quæ voluntatis motioni parent.

2. Secundo diuiditur in id, quod est à voluntate propria, & quod est voluntarium voluntate aliena. Hoc posteriori modo voluntas patris censetur voluntas filii impuberis, tutoris pupilli, prælati Religiosi, Adami posterorum.

3. Tertio diuiditur in voluntarium expressum, (quod verbis aut signis ex instituto significatur) & tacitum (quod sine verbis, facto aut omissione facti), unde, ex circumstantiis consensus voluntatis colligi potest. Huc illa reg. 43. in 6. *Qui tacet, consentire videtur;* id est, quod verum, si ex coniecturis consensus adiueatur, sicut declarat reg. 44. in 6. *Qui tacet, non fatetur, sed nec utiq; negare videtur.*

NB. Tacens consentire videtur, si agatur de eius favore & commodo, non item si de eius incommodo. V. C. si aliquis tibi promittat aut donet, taces, nec contradicis, censeris acceptare, item, si aliquis te præsentem & non contradicente fidei iubeat, censeris ratum habere, iuxta illud Bartoli, l. si remunerandi, §. si passus, ff. mandati. *Qui patitur aliquid fieri, quod ad sui commodum spectat, mandare censetur.* Cõtra verò si quis se sibi ab altero donari, vel puellam ad matrimonium contrahendum obligare cupiat, illa verò taceat, non censetur hoc ipso consensum præbere, quia agitur de eius obligatione, secus si nutu vel annulo significet. 34.

Secundo; Tacens consentire videtur, si consentire nolens negare vel contradicere deberet; non item, si contradicere aut respondere non tenetur. Coroll.

Si

Si Reus à Iudice legitime interrogatus respondere ad obiecta taceat, fateri præsumitur, Item, sedens in capitulo, si iniquæ constitutioni non reclamet, cum tamen utiliter potest, consentire cæsetur. Quod verum est in ordine ad incurrendum peccatum & pœnam; nõ item, quod attinet valorem electionis, quia in re graui & communitati præiudicante, taciturnitas non debet haberi pro consensu.

3. Scientia & patientia prælati consensus æstimatur, si contradicendo absq; scandalo alteriusve mali periculo impedire possit; non item si facile impedire non possit. V. C. Si prælatus habes potestatem dispensandi, sciat subditum suspensum vel irregularẽ (præsumente ex iusta causa, prælatum scire & contentum esse) confessiones audire, nõ prohibeat, censetur hoc ipso dispensare velle, iuxta regulam, *Quod ubi requiritur licentia ad valorem ipsius actus, sufficit tacita & præsumpta de ratihabitione præsentis, non autem futura.* Sed ubi licentia non requiritur ad valorem actus, sed tantum ad debitum ordinem, tunc sufficit probabilis spes & præsumptio ratihabitionis futuræ.

4. Diuiditur in voluntarium actu & virtute. Ut verò actio virtute ^{voluntaria} dicatur, debet initio fuisse libera, & vi motionis illius hucusq; durare & operam necesse est permanere in ea animi dispositione, secundum quam operatio eius sub arbitrii potestate cadere potest. Nã si sacerdos v. c. domo egressus sacramenti offerendi gratia, postea in somnum aut ebrietatem incidat, & in ea dispositione formam verborum proferat, non erit talis operatio virtute voluntaria, cum moralis actio non sit. Loquor de actione non de passione, nam in suscipiente (sicut in administrante) non requiritur voluntas permanens actu vel virtute

virtute siue in effectu morali: sufficit enim si antecesserit, & contrario actu nunquam reuocata sit, tunc enim secundum benignam interpretationem permanere censetur. Quare dormiens V. C. vel phreneticus validè baptizatur, si ante baptismum desiderauit; non item validè baptizat. 35.

5 Quintò diuiditur in id, quod directè ac per se voluntarium est; & quod indirectè siue in alio.

Voluntarium indirectum duobus modis accidit: 1. si homo voluntariè exercent actionem, ex qua scit vel suspicatur secuturū aliquem effectum, et si eum per se non directè intendat, indirectè tamen ipsi voluntarius est. V. C. si scias te in ebrietate rixari, verberare, & tum te inebries, percussio & homicidium indirectè voluntarium in ebrietate commissum censetur, &c. Idem dicendum de pollutione, quam scis sequi, si ita iaceas, tales cibos comedas.

Circa hanc doctrinam 3. aduertenda. I. vt effectus ex operatione, vt causam, secutus, voluntarius censetur, necesse est, operantem aduertisse ad periculum secuturi effectus: nam si nullam cogitationem de effectu suscepit, nullo modo voluntarius censetur. II. Aliquando accidit, vt effectus inordinatus ex libera actione naturaliter secuturus, si præuisus fuerit, voluntarius operanti censetur; sed ad culpam ei non imputetur, quamuis imputaretur, si eiusmodi effectum voluntas directè intenderet. V. C. Si intelligas ex honesta operatione, quam exercere vtile ac necessarium est, delectationem carnalem in appetitu, pollutionem in somnis secuturam, ea tibi ad peccatum non imputatur, sed nihilominus indirectè voluntaria est; quia qui causam vult, è qua effectum naturaliter ac necessario secuturum

rum non ignorat, is indirectè & per accidens vult etiam effectum, quantumvis per se non intendat.

III. Cum homicidium in ebrietate, pollutio in somnis non sit actio voluntaria in se, sed solum in sua causa liberè volita, ex qua effectus ille postea naturaliter provenit, nec amplius sub arbitrii potestatem cadit, sequitur homicidium & pollutionem in somnis secundū se non esse peccatū, sed interdum antecedentis peccati effectū, cum se. præuiso periculo nihilominus quis se inebriavit & omisso sacramenti propter ebrietatem per se non peccatum, sed effectum præcedentis scilicet ebrietatis.

Nota I. Habens consuetudinem blasphemandi non satisfacit cōfessario; si dicat se trigiesies blasphemasse, sed debet consuetudinem insinuare, nam iste admonendus, quod teneatur sub mortali se corrigere. Prob. Qui causam futuri pravi eventus, à se voluntariè positi, non tollit cum possit, is continuo peccat peccato omissionis; sicuti qui accendit ignē, ex quo oritur incendium prouidet, nisi exstinguat. Sed mala consuetudo blasphemandi seu peierandi, collocat hominem in periculo falso iurandi. Ergo.

Nota II. Posse impedire effectum & non velle, non sufficere, vt idcirco Effectus indirectè voluntarius censeatur, aut alicui tanquam causæ morali imputetur: sed debet etiam esse homo obligatus impedire effectum, quem potest & non vult impedire.

C A P. IV.

De Ignorantia, An & quomodo voluntariū tollat?

Ignorantia i. diuiditur in ignoranciam priuationis, quæ est carentia scientiæ in subiecto apto, & in ignorantiam prauæ dispositionis, quæ est positua

C deceptio

deceptio, & contrarius error veritati, existens V.C. in Iudæis hæreticis, aliisq; errantibus.

- 2 Secunda est ignorantia iuris, vt si quis ignoret, quod lege vel consuetudine constitutum. V.C. Carnes die veneris prohibitas esse. Et ignorantia facti, vt si quis ignoret, rem particularē, ex qua actio moralis veluti obiecto dependet, vt si quis nesciat carnē esse quā comedit, vel nō cogitet, esse diem Veneris.

- 3 Tertio diuiditur in eam, quæ est causa operis; vt si amicū ex ignorantia occidisti, putans esse ferā, quia facti te pœnitet. Et in eam, quæ non est causa operis, sed cōcomitans, vt si inimicū, quem maximē à te occisum cupiebas, pro fera occidisti, nō ob ignorantia, sed cū ignorantia, quia tamen occidisses, quare nec facti pœnitet, sed potius gaudes.

- 4 Quarto in ignorantiam antecedentem, quia omnem voluntatis actum antecedit, ideoq; profus inculpata, inuincibilis dicta, quia adhibita diligente inquisitione veritatis cognitio acquiri non potuit: Et in ignorantiam cōsequentem, quæ aliquo modo voluntaria est, ideoq; culpabilis vincibilis, quia superari ac tolli, & opposita scientia acquiri potuisset ac debuisse.

- 5 Vincibilis ignorantia subdiuiditur in affectatam, cum quis datā operā vult ignorare: Et non affectatā, quæ vel crassa, supina, vt si ad eam tollendam nullam curam adhibeas, alia non crassa, quæ non tam facile superari potuit, vel ad quam vincendam diligentia adhibita est, sed non sufficiens.

NB. Crassa ignorantia in re magni momenti moralis.

- 6 Assertio I. Ignorantia inuincibilis tam iuris, quam facti, omninō à culpa excusat. Nam vbi nō est voluntarium,

factum, ibi nulla est culpa, sed ignorantia facti reddit actum simpliciter inuoluntarium. Ergo.

NB. Vt opus malum homini ad culpam impute-
tur, debet actu aduertisse eius malitiam, vel forma-
lem rationem mali.

Si operans indistinctè iudicauit esse peccatum, 7
quod re ipsa nullum aut veniale tantum est, non est
præsumendus mortaliter peccasse, nisi venerit illi in
mentem dubitare, vel suspicari de malitia mortali.

Affert. II. Ignorantia Concomitans inuincibilis à 8
culpa excusat, &c. Prob. Vbi nō est scientia eius quod
agitur, ibi non est voluntarium: vbi autem volunta-
rium non est, ibi nulla culpa est, Ergo, qui inuincibi-
liter ignorat hominem inimicum esse, quem occi-
dit, is non vult ea actione homicidium committere.

Nec obstat, quod homo ita affectus sit, vt si animū
aduerteret, homicidium vellet. Deus enim non im-
putat homini peccata, quæ faceret, si hoc vel illud in
mentem veniret, sed diuinæ gratiæ ascribendum
est, quod id animo non incidat.

Affert. III. Ignorantia vincibilis non excusat opus 9
à culpa, facit tamen leuiorem culpam, quàm si scien-
ter patratum esset. Nam obiectum malum eatenus
culpæ imputatur, quatenus est voluntarium. Ignorā-
tia autem vincibilis voluntarium non tollit quidem;
minuit tamen (excipe ignorantiam affectatam) Er-
go etiam culpam non tollit ex toto, sed ex parte.

Ignorantia vincibilis earum rerum, quarum co- 10
gnitio per se in præcepto est, est peccatum speciale,
oppositum ei virtuti, quæ in talium rerū cognitione
versatur, V. C. Negligentia in cognoscēdis fidei my-
steriis ad credendū necessariis. Ignorantia autē, siue
C 2 cogno-

cognoscendi negligētia earū rerum, quarum cognitio non per se, sed per accidens præcipitur, nempe in ordine ad opus, quod præcipitur, non est speciale peccatum: sed accipit speciem suam à legis transgressione, cuius causam vel periculum præbet. V. C. Vincibilis ignorantia, vtrum ieiunii dies sit, quo carnem comedis, pertinet ad peccatum inempeiantię. Vincibilis ignorantia, vtrum sacerdos sit, quem percussis, ad peccatum sacrilegii. 42.

- II Ignorantia & cognoscendi voluntaria omisso vnum peccatū faciunt in genere moris, ad eum modum, sicut actus internus & externus, vnum. Ratio est, quia ignorantia, cum in intellectu existat, non est peccatum, nisi quatenus volita: nō autem volita est, nisi quia eam aliquis posset ac deberet tollere, & negligir.

CAP. V.

De Concupiscentia, vtrum voluntarium tollat, aut minuat?

Nota. Concupiscentia est passio appetitūs sensitivi; persequentis bonum delectabile, vt sunt amor, desiderium, spes, gaudium, ira.

- I Et talis passio diuiditur in antecedentem (omnis voluntatis deliberationem, quæ nec meriti, nec demeriti capax) & consequentem, quæ voluntatis arbitrio excitatur, vt ad promptiorem operationem inserviat.

- 2 Assert. I. Passio consequens non minuit, sed potius auget voluntarium, quia demonstrat intensiorem voluntatis ad actum peccati &c. si quis in se magnum desiderium vini excitet, vt eò intemperantius bibere possit.

Aff. II. Passio antecedens non facit actum, ad quē 3
 impellit involuntariū, minuit tamen libertatem, i-
 mo interdum omnino tollit. Prima pars probatur,
 quia involuntarium est, quod agitur cum tristitia,
 quod vero fit ex amore, id non agitur cum tristitia,
 Ergo passio concupiscentiæ non efficit actum inuo-
 luntarium. Secūda pars probatur, Voluntarium hu-
 manum siue liberum oritur ex intellectu, proponēte
 obiectum cum indifferentia: sed passio cōcupiscen-
 tiæ facit, vt intellectus magis æstimet motiua occur-
 rentia pro ea parte, ad quā sensitiuus appetitus incli-
 nat; idq; ob naturalē sympathiam siue consensionē,
 quæ est inter potentias sensitiuas & racionales, iuxta
 illud: *Quemuis iudicare de rebus sicuti affectus est.* Ergo
 passio minuit voluntarium, per consequens quoq;
 peccatū aut virtutis meritum. Tertia pars prob. Li-
 bertas voluntatis descendit ex potestate intellectūs,
 proponētis obiectū cū indifferentia; sed in vehemē-
 tissima passione, V. C. iræ, tristitiæ, fieri potest, intel-
 lectum adeo perturbatū esse, vt obiectum non pro-
 ponat cum omnibus circumstantiis neq; rationibus
 in vtrāq; partem indifferentem ostensis, sed cū de-
 terminatione ad id, ad quod passio inclinatur, exhibi-
 tis solum rationibus, quæ in eam partem tendunt:
 hoc casu voluntas non agit liberè, sed naturaliter ac
 necessariò, adeoq; nō peccat: Confirm. Amentes &
 ebrii ideò liberè nō agant, quia sensus internos per-
 turbatos habent, quæ perturbatio per accidens re-
 dundat in intellectum, quippe in hac vita dependē-
 tem ab internis sensibus. Sed in vehemētissima pas-
 sione, iræ, tristitiæ, sensus interni valde perturbari
 possunt, quæ perturbatio similiter in intellectum
 redundat. Ergo, &c.

De Coactione & Metu, *utrum Inuoluntarium efficiant?*

1 **V**is, Coactio & inuoluntarium differunt: Vis seu violentia (etiam inanimatis competit) & coactio locum habet in actibus imperatis exteriorum membrorum, quæ voluntatis Imperium suscipere solent. Cum ergo eiusmodi membra ab extrinseco mouentur contra voluntatis inelinationem, tunc homo violentiam patitur, ut videtur in stupro violentè illato puellæ.

N. Motus primò primi sunt inuoluntarii, sed nõ coacti, quia coactio postulat motionem ab extrinseco agente & contra inclinationem voluntatis.

2 Metus, iuxta Vlpianum, est instans vel futuri periculi causâ, mentis trepidatio: & metu fieri id dicitur, quod quis mali declinandi causâ facit, alioquin non facturus.

3 Metus alius ab intrinseco proficiscitur, ut si nauta pecunias metu naufragii abiiciat vltro, alius ab extrinseca persona directè incutitur; vel iuste, V. C. si magistratus te sub pœna excommunicationis cogat ad matrimoniũ: vel iniuste, v. c. si quis alicui mortem minetur, nisi filiã ducat, & hoc matrimonium nullum.

4 Metus ab extrinseco alius est cadens in constantem virum, qui etiam grauis, iustus, probabilis dici solet, alius cadens in inconstantem virum, qui & leuis, vanus & iniustus dici solet.

Nota; Ut Metus factum alioquin illicitum excuset, necesse est, ut sit maioris mali, quã sit illud, quod metus causâ suscipitur. Secundum quam exceptionem, metus etiam mortis non censetur iustus, si ob eam aliquis etiam in minimum peccatum consentiat.

riat. Nam *qualibet mala potius vir fortis tolerare debet,*
quam in peccatum consentire.

Metus grauis mali, puta mortis intentatæ sufficit
 ad infirmandum actum; esto aliquis agendo peccet:
 vt si matrimonium tali metu ad actus contrahat &
 consumet. 45.

Assert. I. Vis & coactio propriè dicta, si membris
 exterioribus inferatur, tollit omne voluntarium,
 quia quod fit voluntate repugnante, in id voluntas
 non consentit.

Ass. II. Vis & coactio impropriè dicta & secundū
 quid, inferens metum alicuius mali, ob quē actio fit,
 quæ alioquin non fieret, non tollit voluntatem simpli-
 citer; facit tamen inuoluntarium secundum quid,
 adeoq; efficit, vt actio sit mixta ex voluntario & in-
 uoluntario. Prob. prima pars. Volūtarium est, quod
 consultò fit, ab agente cognoscente singula, circa
 quæ est actio, qui autem metu mortis V. C. latroni
 pecunias dat, is, consideratis omnibus circūstantiis,
 consultò eligit, tanquam hic & nunc bonum, pecu-
 nias dare. Ergo datio est volūtaria simpliciter loquē-
 do. Postea pars prob. Inuoluntarium est, quod fit cū
 auersione voluntatis: ab eo autē, quod quis metu a-
 git, alioquin nō acturus, abhorret volūtas, quatenus
 illud secundum se spectatur.

Coroll. Quod metu fit, magis voluntarium est,
 quam inuoluntarium. Est enim voluntarium simpli-
 citer, inuoluntarium conditionatè, iuxta l. si mulier.
 ff. de eo quod metus causa; Si metu coactus adii heredi-
 tatem puto me heredem effici, quia, quamuis si liberum es-
 set, noluisse tamen coactus volui. Quare reg. 4 ff. de re-
 gulis iuris. Quod coacta voluntas, tamen voluntas est, id-
 eoq; quod dicitur in regula illa: Velle non creditur, qui

obsequitur obsequio parentis vel Domini, intelligitur ad hoc, ut poena delinquenti minuatur.

- 8 Contractus, qui fiunt ob metum ab extrinseco iniuste illatum, ordinariè validi sunt, licet rescindi debeant, probatur ex Instit. de except. princip. Si metu coactus, aut dolo inductus, &c. stipulanti Titio promissisti, quod non debueras promittere, palam est, iure civili te obligatum esse, inspecto iuris civilis rigore, ex qua tamen obligatione, non oritur actio efficax, quoad executionem; quia secundum aequitatem elidi potest exceptione iuxta c. 2. De iis, quae vi metusue causa fiunt: *Qua metu & vi fiunt, de iure debent in irritum reuocari.* Aliqui tamen sunt contractus, ut matrimoniū & sponsalia; qui ob grauem & iniustum metum ipso iure ecclesiastico irriti sunt.

NB. Quod fit causa metus ab intrinseco, vel sine iniuria, omni iure validum ac firmum est, V. C. metu naufragii votum conceptum.

- 9 Metus gehennae, si sit causa finalis obseruationis legum, malus & seruilis est, quia hoc casu homo reatum poenae timet, super omne malum, consequenter suam immunitatem ac proprium commodum amat super omne bonum, quod diuinæ charitati repugnat. At verò bonus est timor gehennae, si sit causa tantum impulsiva & finalis secundaria: talis enim timor prouenit ex habitu spei Theologicae: quandoquidem eiusdem virtutis est, bonum suum prosequi, & oppositum eius refugere.

C A P. VII.

Vtrum Actus Morales speciem & Essentiam suam accipiant ab obiecto?

- 1 **M**orale per se primo conuenit actibus humanis ex deliberatione rationis procedentibus; secundum analogiam.

analogiã vero actib. externis, qui rationis ac voluntatis imperio subduntur; ad eum modũ, quo sanitas primo dicitur bona animalis cõstitutio; secundũ analogiam vero & denominationem extrinsecam alijs rebus V.C. cibo tribuitur.

Dividitur 1. in bonum morale (honestum) quod 2 substantiã rationali per se consentaneum ac decens est; adeoq; moralis bonitas consistit in ratione sive ordine convenientiã, cum substantia rationali libera. 2. & in malum morale (inhonestum,) quod per se repugnat ac dedecet rationalem liberam substantiam.

Actus Morales bonitatis vel malitiã speciem accipiunt à reali obiecto suo, consequenter bonitas vel malitiã in obiecto reperitur fundamentaliter, in actione formaliter.

N. Amare Deum ideo bonum, quia Deus optimus peculiari quadam ratione humanã voluntati congruit; & opus Eleemosynã ideo bonum, quia decet hominem miseria proximi sublevabilis. 48.

Actus alij per se & præcisẽ ex obiecto mali sunt; vt fornicari, Deum ac proximum odisse: alij vero propter legis positivã prohibitionem; vt festo die laborare, Missam non audire.

Actus morales alij interne consumantur; vt Charitas Dei, hæresis: alij verò in externam operationem transeunt; vt eleemosynam dare, furari. Externa moralis operatio obiectivẽ quidem prior est actu interno, sed vt exercita ab actu interno, posterior; tanquam participans bonitatem vel malitiam ab interno actu. 47.

Actus internus & actus externus in genere moris non faciunt numerum. Tamen externus actus in

Confessione debet explicari, quippe materialiter
complens internum & perficiens.

- 7 Actus internus voluntatis efficax, si opere non
completur, quia deest operandi facultas, habet qui-
dem omnem substantialem bonitatem vel malitiam
(Nam, ut ait S. Bernard. *Voluntas pro facto reputatur, ubi
factum excludit necessitas*) sed non accidentalem, quan-
do quidem externa executione materialiter perfici-
tur; Sic voluntas Martyrij essentialiter gloriā mere-
tur, ac si consummaretur, sed non accidentalis gloriā
laureolam.

C A P. VIII.

*De humanarum Actionum Circumstantiis
in communi.*

- 1 Circumstantiæ sunt particulares humanarum a-
ctionum in genere moris accidentales conditio-
nes. Earum sunt genera: quædam accidentaliter tã-
tum aggravantes vel minuētes, (verb. causa, Actionis
vehementia vel remissio, mora longa, aut brevis) quæ
dam vero novam speciem afferentes, ob specialem
quam gerunt habitudinem conformitatis vel diffor-
mitatis ad rationalem naturam, V. C. furari in loco
sacro.
- 2 Circumstantiæ novam speciem addentes subdivi-
duntur; quædam actioni retinenti propriam speciem
ex objecto alteram adiungunt: V. C. Si eleemosynam
des pro pœnitentia, erit hæc actio in duplici specie
virtutis, id est, misericordiæ ac pœnitentiæ. Si fureris
in loco sacro, spectabit ad speciem peccati, iniustitiæ
& sacrilegij. Aliæ circumstantiæ speciem actionis mu-
tant, V. C. si eleemosynam des ob vanam gloriā,
mutatur opus misericordiæ in inanis gloriæ opus: si
reddas

reddas debitum in loco sacro, mutatur opus iustitiæ
in Sacrilegium. 59.

NB. Circumstantiam V.C. loci sacri mutare actum de bono in malum, non ita intelligitur, quasi actus ante bonus fuerit & in specie virtutis; per circumstantiam vero transmutatus in speciem vitij: sed quod esset bonus & in specie virtutis, nisi pravâ illâ circumstantiâ inficeretur.

Omnis actio moralis ac libera in individuo vel bona vel mala est, & nulla indifferens. V.C. festucam humo leuare, si humano modo ac deliberatè fiat, ob finem aliquem necessarium fit, quæ ratio ad finem, si rationi conformis sit, puta si festucam tollas, vt cubiculi mundities, corporis atq; animæ munditiem tibi conciliet; bona & honesta est talis actio. Sin autem ratio ad finem rationi conformis non sit, vel quia ad finem malum refertur; sed festucam humo tollis, solum vt libertatis exercendæ appetitui satisfacias, tunc non minus otiosam (quippe sine debito destitutam) actionem exerces; quam si otiosum verbum proferas. Verbum autem otiosum peccatum est, iuxta illud Christi Matth. 12. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in novissimo die. Ergo à simili, actio otiosa, peccatum.

C A P. IX.

De Circumstantiis in particulari.

Septem Circumstantias numerat S. Thomas. Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando. Circumstantia quis significat conditionem siue qualitatem personæ operantis, & actui malo saepe novam speciem addit, vt si coniugatus forni-

forni-

fornicetur, & contra temperantiam & iustitiam peccat. 52.

- 2 Peccata tanto graviora sunt, quanto sanctior aut sublimior persona, quæ peccat, si cum plena deliberatione agat. Hinc Sapiens c. 6. Potentes potenter tormenta patientur.

NB. Relapsus in mortale aggravat quidem sed non mutat speciem, nisi quis formali & expressâ intentione vilipendendi Deum, peccet.

Circumstantia *Quid* significat conditionem aut qualitatem obiecti circa quod actio versatur. Sæpe adfert novam speciem, ut si accedas ad alienam *uxorem*; si contra parentes, fratres &c. Si innocentem lædas iniuriosè, iuxta Zach. 2. *Qui vos tetigerit, tanges pupillam oculi mei.* Eadem circumstantia interdum actui bono novam speciem addit, V. C. si pauperi sacerdoti eleemosynam largiaris, erit is actus duplicis speciei virtutis, misericordiæ & Religionis.

- 3 Peccata externa in loco sacro commissa, continent peccatum irreligiositatis, plerunque veniale; tunc autem mortale, si actus valde turpis sit, (ut *Contactus impudici in verendis*) vel ab Ecclesia specialiter prohibitus ob reverentiam loci sacri, ut fornicatio & furtum.

NB Peccata in templo tunc habent rationem sacrilegij, cum directè repugnant vsibus illis, ad quos locus sacer deputatus, alias non.

- 4 Finis extrinsecus licet respectu operantis principale obiectum sit, est tamen accidentalis circumstantia operis, quod ob eum finem exercetur, puta, si quis fureretur causâ fornicandi, vel si quis ieiunet pro pœnitentia.

NB. Pau-

NB. Pauperi eleemosynam dare, causa miseriam sublevanda est finis operis intrinsecus: pro peccatis vero dare, est finis operis extrinsecus.

Septem potissimum modis contingit, ut actio ex operantis arbitratu ad finem extrinsecum referatur: 1. Vel Actus ex obiecto bonus, refertur ad finem extrinsecum bonum: ut dare eleemosynam, pro poenitentia, additq; novam speciem bonitatis, 2. Vel actus ex obiecto bonus, refertur ad finem malum, fitque simpliciter malus. 3. Vel actus ex obiecto bonus, refertur ad finem indifferentem; ut si ieiunes solum ad parcendum sumptibus, & ille actus indifferens. 4. Vel actus ex obiecto indifferens, refertur ad finem bonum, ut iter facere religionis causa, tribuitq; actui unam speciem essentiali bonitatis, sc. virtutis religionis. 5. Vel actus ex obiecto indifferens, refertur ad finem malum, ut ambulare ad fornicandum, tribuitq; unam essentiali speciem malitiae, scilicet intemperantiae. 6. Vel actus ex obiecto malus, refertur ad finem bonum, ut furari; ut possis eleemosynam dare.

Ille actus simpliciter malus, sub genere iniustitiae. Nam species quaedam furti est, ex alieno liberalem esse. Ratio petitur ex discrimine inter bonum ac malum morale, quia, ut S. Dionys. ait, *Bonum ex integra causa est, malum ex quovis defectu*, id est, ut actio moraliter bona existat, necesse est, ut & obiectum & finis, & omnes circumstantiae rectae rationi consentanea sint. V. C. ut corporis refectio sit opus virtutis temperantiae, necesse est, ut mediocris sit sumptio, & debito sine fiat, loco, tempore & modo; quod si unum horum desit, V. C. si comedas in medio foro, vel templo, &c. erit opus malum,

7. Vel actus ex obiecto malus refertur ad finem malum

malum

malum, vt furari fornicandi causa, tribuit diuersam speciem. Quod si vero media eiusdem speciei coniuncta cum malo sine per se esse solent, tunc vnum numero malitiam, contrahunt. V. C. Actus impudici, qui per se ordinarie referuntur ad fornicationes, siue tanquam dispositiones praecedant, siue sequentes, licet distinctae, tum cohaerentes, censentur accessoriae, nec opus confessae fornicatione tales circumstantias & contactus significare.

Circumstantia *Quomodo*, interdum addit nouam speciem, vt videre est in stupro violento, & in cadauere, hominis a te occisi, in frustra secato &c.

Huc pertinet an peccatum commissum ex ignorantia, an mera malitia, an metu, suasionem, precibus.

Circumstantia *Quando*, sumpta pro mora temporis, qua actio durat, bonitatem vel malitiam eius accidentaliter tantum auget, vt si die dominico te inebries, &c. non addit nouam speciem nisi fiat ex directa intentione inhonorandi sacrum tempus.

NB. Locus, tanquam res permanens est consecrationis & sanctitatis moralis capax, non item tempus, vt res fluens.

C A P. X.

Quenam Peccatorum circumstantiae in Confessione necessario explicandae sint?

1 Circumstantiae omnes morales, speciem mutant, vel nouam speciem adferentes in confessione sunt explicandae, quia ad integritatem pertinet omnem malitiam mortalem explicare. Ergo etiam circumstantiae mutant speciem.

2 Circumstantiae cum solum intra eandem speciem aggravant, non sunt explicandae, idque propter difficultatem

cultatem discernendi inter circumstantias, multum vel parum aggravant, & ad vitandos scrupulos.

Circumstantia quid, siue circa quid, si attingat, 3
quantitatem, ac veluti integritatem obiecti substan-
tialis, necessario in Confessione explicanda, V. C.
quod 10000. furatus, quia pertingis ad notabilem
quantitatem obiecti formalis, quod est ~~minimum~~
damnum proximi. Et quod incestum commiseris in
primo gradu, quod tot homines occidere proposue-
ris, quia alioquin non tota substantia peccati morta-
lis explicaretur. Nam maior irreverentia est contra
matrem, quam consobrinam &c. & maius damnum
si 1000. quam si 100. fueris.

Circumstantia lapsus non est necessario expli- 4
canda, quia non mutat speciem. Neque Circumstan-
tia duplicis præcepti, si V. C. violasti ieiunium Vigilię
cadentis in quatuor tempora.

Neque circumstantia violati duplicis voti castita-
tis, puta si religiosus sacerdos fornicatus sit, debet
dicere se Religiosum esse, sed non est necesse explica-
re circumstantiam sacri Ordinis.

N. Monachus debet in Confessione significare se
religiosum, quia graviorem habet obligationem, ut
pote spiritualiter mortuus; Sacerdos autem forni-
cans satisfacit si dicat se contra votum castitatis for-
nicatum, tacito sacro ordine: siquidem sacerdotis
fornicatio extrinsecè tantum aggravatur propter
sanctitatem personę: at in Religioso etiam intrinsecè
aggravatur in ratione prævaricationis voti, quod ma-
ius & arctius esse constat in Religioso quã sacerdote.

Circumstantiæ peccati minuentes eã tantum ex- 5
plicari debent, quæ peccati malitiam vel omninò
tollunt, vel ex mortali faciunt veniale, quia alias deci-
pies graviter ~~confessarium~~.

TRACTATUS III.
De Peccatis in Communi.

CAP. I.

Quid sit peccatum.

- 1 **P**eccatum aliud est habituale, quod per modum habitualis defectus permanet, donec deleatur; aliud actuale.
- 2 Peccatum commissionis est actus humanus malus. Dicitur actus humanus, quia liber; malus, quia caret debita commensuratione; utpote à regula rationis hominis discedens. Aliter
- 3 Peccatum est dictum, factum, vel concupitum (quod materiale peccatum) contra vel præter legem Dei æternam (quod formale.)
- 4 Comprehenditur etiam sub peccato commissionis, peccatum omissionis, quia affirmatio & negatio reducuntur ad idem genus.
Peccatum omissionis in eo consistit, quod homo non operans est, cum secundum legem operari deberet.
- 5 Quædam prohibita sunt, quia mala (sua pte natura, ut periurium, blasphemia) quædam verò mala, quia prohibita (per se quidem non inhonesta, sed per positivæ legis prohibitionem) ut laborare die festo. Quamvis autem talis lex, ab humano Magistratu posita sit, tamen eius transgressio etiam divinæ æternæ legi consequenter repugnat. *Qui enim resistit Potestati, Deo resistit.* Rom. 13. siquidem Deus iubet, & ratio naturalis dicitur legitimis superioribus obediendum esse, cum talis potestas à Deo sit.

CAP. II.

De specifica unitate, ac distinctione Peccatorum.

Asert. I. Unitas & diuersitas specifica peccatorum, quatenus præceptis positivis repugnant, optimè desumitur penes unitatem ac diuersitatem specificam præceptorum. Porro unitas illa specifica & diuersitas non debet attendi penes præcipientes (nam fieri potest, ut Deus & Magistratus prohibeant V.C. furtum sub vna & eadem ratione) sed attendi debet unitas illa formaliter, penes motiua honestatis, vt si præcepta sint posita ex motiuo diuersarum virtutum, vel saltem diuersarum rectitudinum eiusdem virtutis, tunc etiam transgressio seu peccatum in diuersa specie existat. Sic iniusta percussio clerici, quæ lege Ecclesiastica sub excommunicationis pœna prohibetur, non est tantum peccatum contra iustitiam, sed etiam contra virtutem religionis, cuius intuitu lex illa Ecclesiastica posita est. Quod si blasphemia ab Ecclesia in aliqua diœcesi prohibita, transgressor vnum tantum peccatum committit contra religionis virtutem, ratio peti potest ex dictis. Præterea Fornicatio in loco sacro duplicem malitiam habet, contra castitatem & contra religionem, quia effusio voluntaria seminis in loco sacro ab Ecclesia seuerissime prohibita. Actus verò coniugalis extra necessitatē in loco sacro exercitus, vnicam tantum malitiam contra religionem habet. Ratio. Quia legislatrix potestas habet hanc vim, vt id, quod iusta causa præcipit aut prohibet, materiam necessariam seu obligatoriam constituat sub ea virtute, cuius intuitu lex lata est 16.

Aff. II. Unitas & diuersitas specifica peccatorum, quæ & quatenus naturali legi aduersantur, proximè
 D ac for-

ac formaliter desumitur ex honestate virtutis ; cui opponuntur ; remotè autem & fundamentaliter ex obiecto. Ratio prioris, quia priuatio accipit speciem à forma, cui opponitur, peccatum autem est formaliter priuatio boni honesti. Ergo.

Coroll. 1. Illa peccata specificè diuersa sunt, quæ vel diuersis virtutibus aduersantur, vt furtum, blasphemia: vel quæ eidem virtuti, sed diuersâ ratione difformitatis repugnant, vt periurium & præuaricatio voti, odisse Deum, & Deum non amare cum oportet: nam diuersis modis contra charitatis virtutem tendunt, quamuis interdum omissio & commissio ad eandem speciem pertinere possunt, vt restituere alienum & non restituere.

3 Coroll. 2. Plures sunt species peccatorum quantum ad virtutum, seu, vni virtuti plures peccatorum species opponi solent, V. C. liberalitatis, avaritia & prodigalitas, ratio, quia bonum ex integra causa est, malum ex quolibet defectu. V. C. Actus, quo voluntas in Deum, vel proximum fertur, vt charitatis existat, debet ex omni parte esse perfectus. Contra hanc autem perfectionem honestatis varij repugnantes defectus committi possunt. V. C. Deum odisse vel proximum, huic inuidendo.

4 Aff. III. Inter peccata specie diuersa, quæ grauiora sunt, ex obiecto præcipuè cognoscendum est Quæ peccata, quæ in Deum directè tendunt, vt Dei odium &c. omnium deterrima sunt. Inter peccata contra proximum, grauius est homicidium detractioe & furto, quia maius est bonum vite, quàm bona hominis exteriora.

Maiori virtuti maius vitium opponitur: detractio maius peccatum quam ebrietas, quia hoc contra intemperantiam, illud contra iustitiam est. Iustitiæ autem virtus dignior est temperantia.

NB. E

NB. Ea peccata, quæ in Intemperantia maxima, vt Sodomia, maiora sunt, quam minima, quæ in genere iniustitiæ fiunt. 61.

C A P. III.

De numerica distinctione peccatorum.

ASSERT. I. Peccata non ideò præcise multiplicantur numero, quia sunt contra plura præcepta. Fieri enim potest, vt sub eadem ratione formali de eodem obiecto posita sint; vt vides in præcepto ieiunij, incidentis in diem Quatuor temporum, & in Vigiliæ Apostolorum, aut Quadragesimæ. Sin verò præcepta diuersis rationibus aut motiuis de eodem materiali obiecto posita sint, tunc eorum transgressiones erant diuersæ specie, consequenter etiam numero.

Ass. II. Si numerica distinctio obiecti materialis tantum sit, non facit plura numero peccata, vt si vni-
co actu plures homines occidere intendas, non facis plura numero peccata. Secus, si obiecti multiplicatio sit formalis, siue in ordine ad actum; quia voluntas quasi pluribus actibus in obiectum tendit; vt si proponas hodie furaturum 10. & cras, 20. vel proponas nunc furari clauēs, vt postea fureris pecunias. Cum enim actus internus essentialē ordinem gerat ad actum externum; ideo si externus siue obiectiuus unitatem non habet, etiam actus internus virtualiter in genere moris multiplicatus censetur.

Exinde etiam nota bene si peccata externi operis circa materias paruas; V. C. parua furta maneat plura venialia, & non transeant in mortalia, tunc etiam propositum circa talia peccata frequentanda, quod, per se loquendo, non fore mortale, sed veniale virtute multiplex. Ratio, quia propositum

D 2 situm

fitum internum peccandi accipit malitiam ab opere externo, tanquam proximo obiecto suo : Ergo, fractus externi repetiti circa materias paruas manent plura venialia, etiam propositum eorum erit veniale, virtute multiplex. 63.

3 Ass. III. Peccata quæ animo perficiuntur, vt hæresis odium Dei & proximi, sola interruptione ac repetitione multiplicantur, vt proinde fieri possit eundem hominem vno de mille peccata odij &c. committere posse. Numerus tamen iste tunc non potest in Confessione recenseri; sed satis est moram temporis dare, vt si vno anno inimicitias habueris, idem dicendum de mercede, se duos vel tres annos quibus vis corporis sui copiam fecisse.

4 Ass. IV. Peccata, quæ externo opere perficiuntur vt homicidium, furum fornicatio &c. non censentur multiplicari per repetitionem propositi circa idem obiectum, quamdiu efficacitas primi propositi in libero aliquo affectu perdurat, V.C. Qui animo furandi domo egreditur, vnum numero peccatum internum committit, & si in via malum furandi propositum, quod moraliter nunquam interruptum est actualiter aliquoties repetat. Sin verò somno oppressus, renouet propositum, nouum peccatum committit, sed non est necesse, eiusmodi internorum peccatorum numerum in Confessione edicere; cum id moraliter impossibile sit: sed sufficit moram temporis exprimere. V.C. Integro mense perstiti in proposito fornicandi, furandi, &c.

5 Qui eodem commotionis impetu, eademque perignâ alterum sæpius percussit, vel repetitâ contumelia affectit, semel tantum peccasse censetur, saltem in ordine ad sacramentalem Confessionem. Sin verò per

interualla ad verberandum vel conuiciandum accessit. aut in eadem pugna diuersarum rationis contumelias irrogauit. V. C. Compellendo furem, laironem, &c.
 2. peccata commississe censetur. Ratio discriminis est, quod in priore casu verbera, aut contumeliae maiorem ordinem moralis unitatis habeant, quam in posteriore 63.

C A P. IV.

De diuisionibus Peccati accidentalibus?

Peccatum aliud est commissionis, vt furtum: aliud vero peccatum omissionis; vt parentes non honorare, missam die festo non audire.

Peccatum commissionis opponitur praecipio negativo, quod pertinet ad declinandum a malo, quod semper obligat. V. C. ne Deum oderis, ne furtum facias, ne parentes inhonores.

Peccatum omissionis opponitur praecipio affirmatiuo, quod pertinet ad faciendum bonum, quod non semper obligat; vt Deum amare, parentes cole, pauperibus miserere.

Si actio cum impletione praecipii in impossibilis, causa omissionis culpabilis existat, tunc ipsa etiam actio peccaminosa redditur, V. C. Domi manere, & ideo missam negligere, idem, ideo Missam negligere, vt domi studere, orare possis; Ipsa Actio propter circumstantiam mali effectus inficitur.

NB. Si proponas negligere Missam, & tamen audis postea solum illud propositum non sufficit ad exequendum peccatum, sed id quod actu impedit, vel causa est cur impediatur sacri auditio.

Si actio, alioquin impossibilis tantum concouersantiter & per accidens se habeat ad omissionem

culpabilem, ab ea non inficitur, V. C. Si missam die festo negligere decreuisti, atq; idcirco domi manere elegisti, interim verò ne tempus otiosè transigas, ægrum inuisis. &c. erit id opus misericordiæ.

- 4 Licet actio sit causa omissionis culpabilis, adeoque peccatum, non est tamen distinctum ab omissione peccati. Ratio est; si Missam negligis, vt domi studeas, studium istud non est peccatum absolute sed relatè, quatenus causa est omissionis. Tota igitur malitia per se primò consistit in omissione Missæ, & hinc redundat in actionem, quæ eius causa existit. Causam autem istam non est opus confiteri, sed solum neglectum Missæ. 65.

Excipe, nisi quis ad talem actionem, V. C. venerationem, studium, cuius causâ festo die Missam negligis, tam inordinatum affectum geris, vt propter eam quamuis Dei legem transgredi paratus sis. Qui affectus inordinatus manifestandus in Confessione, eò quod aliàs non tota malitia actus explicatur. Si otiosum verbum, si in eo vltimus finis constitutus, fit mortale.

- 5 Peccatum aliud est specialiter contra Deum; vt hæresis, desperatio, Dei odium. Aliud contra proximum; vt, furtum, homicidium, odium &c.

- 6 Peccata alia spiritualia, sic dicta, quia consistunt in inordinata delectatione spirituali, orta ex solâ apprehensione rationis; vt, inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, acedia. Alia carnalia; sic dicta, quia consistunt in inordinata delectatione carnali, vt gula, luxuria.

- 7 Peccatum aliud est cordis, aliud oris, aliud operis. Quæ omnia si connexa sint cum opere V. C. fornicatione vnum peccatum efficiunt.

C A P. V.

De Peccato Mortali & Veniali.

Peccatum aliud mortale, dictum sic, quia ob gra-
uitatem sui, gratiam & amicitiam cum Deo so-
luit, pœnamque æternam meretur.

Mortalia ex genere sunt, quæ in Dei iniuriam di-
rectè tendunt, vel cum proximi iniuria, damno; vel
ipsius operantis graui incommodo, contra naturæ
ordinem iuncta sunt: scilicet peccata contra Theo-
logicas virtutes, contra Religionem, iustitiam, Cha-
ritatem proximi, & ad luxuriam pertinentia. Verum
quæ ex genere suo mortalia sunt, per accidens pos-
sunt fieri venialia.

Aliud peccatum est veniale, sic dictum, quia cum
obleuitatem, gratiam & amicitiam cum Deo non
tollat, quamuis feruorem charitatis minuat; neque
æternam sed temporalem pœnam meretur, infirmi-
tatem facile curabilem animæ adfert, veniamque
facile consequitur. De his Sapiens Prov. 24. Septies
in die cadit iustus.

Etsi peccata venialia sint contra legem Dei, non
tamen sunt contra finem legis, quæ est charitas & a-
micitia cum Deo; vel dici potest. Venialia non esse
contra legem Dei præcipuam, & quæ simpliciter ne-
cessaria sit ad salutem.

Peccati mortalis & venialis differentiar acciden-
tales sunt per se loquendo, vt constat in paruo & ma-
gno furto. Nihilominus tamen mortale differt à ve-
niali essentialiter, nam mortale auertit hominem ab
infinito bono: Veniale autè continet deordinationē

circa

circa ea quæ sunt ad finem illum , ideo infinite distant, & hinc ex venialibus multiplicatis non potest fieri mortale, quia ex finitis nunquam efficitur infinitum.

4 Peccata venialia sunt vel ex genere suo, vel ex materia leuitate, vel ex imperfectione actus.

5 Cum aliquid per se malum non est, sed indifferens, excessus in eius appetitione vsu^{us} est tantum veniale. V. C. excessus in cibo, potu, coniugij vsu, ira, timore, tristitia, &c. nam in his mediocritatem attingere difficile est.

6 In peccatis quibusdam aduersus Deum; vt sunt, odium Dei, infidelitas, periurium assertorium, non reperitur veniale ob paruitatem materiae, quia integratio & tota quantitas deformitatis in eo reperitur, vt videre in Odio Dei: Quicquid enim in Deo oderis, infinitam eius bonitatem odisti.

Mortale ex genere fit veniale ob leuitatem materiae; vt furtum, detractio, quia vbi est parua materia ibi etiam parua culpa oriri potest.

7 Si plurimum transgressionum materiae paruae, neque secundum se, neque secundum Effectum moraliter coalescunt, nunquam efficitur mortale (V. C. si opifex omnibus diebus festis per quadrantem secluso scandalo & contemptu laboreet &c. nunquam mortale) si vero coalescant, tunc vltimæ transgressionis V. C. vltimi furti materia propter connexionem cum antecedentibus, & rei alienae modicæ iniustam detentionem, fit mortale.

8 Qui vouit, se quotidie recitaturum Pater & Ave, ita vt oratio cuiusque diei onus sit, & si toto anno intermitat, peccat semper per se loquendo venialiter. Per accidens tamen, ratione periculi labendi in mortale, potest fieri, vt propolitur mentiri leuiter.

per, modicum tempore ieiunii comedendi, &c. fiat mortale. 68.

OB. Illud Augustini. Minuta plura peccata occidunt, id est, dispositiuê.

In voto reali, puta quotidie dandam paruum elemosynam, censetur vouens se obligare, si vno aut pluribus diebus intermitrat, postea compensaturum, quare in talis voti obligatione mortaliter peccari potest. 9

Si quis violet partem præcepti, ea non omnino absolute, sed cum comparatione ad totum, cuius pars est, prudentis viri iudicio spectanda est; vt intelligatur, sine sufficiens obiectum peccati mortalis. 10

Motus appetitus sensitui circa malum, interdum ante omnem deliberationem rationis excitantur: ideoque dicuntur primò primi, & omni culpa vacant. 11

Motus appetitus sensitui, qui dicuntur secundo primi, sequuntur deliberationem rationis imperfectam, ideoque venialia; vt videre in semiebriis, semidormientibus, irâ & timore perturbatis, vigilantibus. 12

Fieri potest, vt homo ita tristitia absorbeat, vt sine peccato sibi aliquando necem inferat. Ratio est, quia vt consensus moraliter bonus vel malus sit, debet esse rationis superioris, seu mentis, attendentis rationibus æternis honestatis, secundum legem Dei, & non solum rationis inferioris antecedentis, ex motu commoditatis temporalis. 71. 13

NB. Concupiscentia peccatum vocatur, quia peccato facta est, ait Sanctus Augustinus.

De delectatione morosa.

- 1 **D**Vplex est voluntatis affectus, ^{efficax} qui dicitur propositum exequendi, quod cogitatum est. Alter inefficax, siue simplex complacentia, sine exequendi voluntate.
- 2 Aliud est delectari de re cogitata. V. C. fornicatione: ita vt formalis ratio delectandi ex re ipsa sit. Aliud verò est delectari de cogitatione, V. C. fornicationis, ita vt formalis ratio delectandi sit ex ipsa cogitatione tanquam obiecto pulchro. Hic loquimur de delectatione, quæ capitur ex re ipsa. Cum enim cogitatio rei malæ per se mala non sit, sed interdum bona, vt, si de rebus turpibus cogites docendi causa: interdum autem venialiter mala, vt si ex curiositate de eisdem cogites; sequitur, delectatione de eiusmodi cogitatione tanquam obiecto, per se malã non esse, sed interdum bonã, interdum venialiter malã.
- 3 Aliud est delectari de opere malo, & aliud de modo operandi malè. V. C. Vides hominem ex equo ridiculè cadentem lædi, sine peccato rides, & te oblectas, non ob illati vulneris damnum, sed ob cadendi & lædendi modum.
- 4 **A**ffer. I. Omnis delectatio directe voluntaria, de opere secundum se malo, similiter mala est; ita, vt si opus malum veniale, V. C. mendacium leue, etiã delectatio venialis, si opus malũ, V. C. fornicatio mortalis etiam delectatio. Ratio, quia delectatio est quedam inclinatio appetitũs in obiectũ cognitũ: abhorret autem à recta ratione, appetitum rationalem inclinatum esse in obiectum turpe & inhonestum. Ergo, &c.

go, &c. Confirmatur; delectari deliberatè de fornicationis opere; est mortale. Ergo etiam est mortale, delectari de quouis opere, quod per se mortaliter malū est; neq; enim ratio potest adferri discriminis.

Delectatio voluntaria circa malum, morosa vocatur, non quod requirat moram temporis, sed quia post plenam rationis animaduersionem, voluntas in ea acceptanda, siue consentiendo persistat, quod temporis momento fieri potest. Excludo delectationem nō liberam, etiam perseverantē post subitam apprehensionem obiecti pravi, modò non consentiat voluntas: nam facultas sensitiva non est rationi subiecta despoticè sicut famulus domino, sed solum civiliter & politicè, sicut ciuis consuli, cui etiam nō nunquam repugnat. 74.

Si quis sine causa, aut necessitate actionem exercet, ex qua intelligit delectationem carnis naturaliter orituram; tamen sine directā intentione, & sine periculo consentiendi, is peccat tantum venialiter, est vana actio, inutilis, V. C. aspectus, collocutio, lectio curiosa. Sin verò causam iustam habet, talem actionem exercendi, nihil peccat, permittendo carnis motionem exinde oriri; V. C. ex honesta & necessaria instructione.

Si homo turpis obiecti cogitationem, & hinc inde ortam sensitivam delectationem repellere intermitat; quod placeat illi res cogitata, & hinc ortus motus in parte sensitiva, mortale delectationis morosa peccatum committit. Sin verò ideo expellere negligat, quia ^{certus} consensus de constantia voluntatis contemnat delectationem partis inferioris veluti passionem non voluntariam. Probabile est non peccare mortaliter, sed venialiter. Probatur. Quia licet inferior mali obiecti appetitus inordi-

natio ac deformitas quaedam sit, tamen non magna & grauis, quando praeter voluntatem ex naturae infirmitate oritur: eam sine rationabili causa permittere, (modo absit periculum consentiendi) est quidem peccatum, sed non graue per se loquendo.

NB. Consensum directum & interpretarium non aequiuale in grauitate culpae, maximè si loquamur de peccatis internae appetitionis.

§ Ut tamen dicta sententia etiam practice probabilis sit, requiritur ut voluntas omittens carnalem delectationem, animum ad alia conuertendo, depellere, interim formalis displicentiae actum exercent.

Nam esto talis actus displicentiae inefficax sit, ad depellendum appetitum sensitium, est tamen efficax ad tollendum voluntatis consensum. Alioquin si homo aduertens motum appetitus sensitui in malum, actum displicentiae non eliciat, exponitur periculo consensu. Etsi enim simpliciter possibile sit, voluntatem proposito sibi obiecto omnem actum suspendere, nec approbando, nec improbando, tamen id in obiecto vehementer alliciente, est valde difficile; & moraliter ferme impossibile: ut proinde se homo exponat periculo consensu. Nam *mus in pera, ignis in sinu, serpens in gremio male suos remunerant hospites. C.* etsi Iudaeos de Iudaeis.

NB. Orta delectatione sensitua circa obiectum mortaliter malum, post plenam rationis aduersione non elicere actum displicentiae, censetur talis delectatio morosa & mortalis. Sin vero delectatio displiceat homini, ita ut simplici affectu cupiat eam abesse, licet non efficaciter, quia animum ad alia cogitanda agenda negligit conuertere cum facile possit, & speret etiam tali modo se commotionem sensituiam depulsurum

pulsurum esse, tunc valde probabile est venialiter peccaturum.

Affer. II. Oblectari iis absolute & secundum se, 9
 quæ ideo tantum mala, quia lege positiua, aut volu-
 tario voto prohibita sunt, nõ est mortale peccatum
 delectationis moralæ Ratio peti debet ex discrimi-
 ne, quod est inter voluntatem efficacẽ & sim-
 plicem affectionem delectationemue, quod illa tẽ-
 dit in obiectum cum omnibus suis adiunctis siue
 circumstantiis: simplex autem affectio, quia sequi-
 tur simplicem obiecti cogitationem, cuius propriũ
 est præscindere, siue vnum sine altero ei adiuncto
 cogitare: tendere potest in obiectum à reliquis ad-
 iunctis siue circumstantiis præcisum. Hoc ideo fit,
 quod, si substantia obiecti secundum se mala nõ sit,
 sed tantum propter extrinsecam siue adiunctam
 positiuæ legis prohibitionem; tam apprehensiuus
 intellectus, quam inde consequens motus appetiti-
 onis ac delectationis ferri possit, in substantiam ob-
 iecti, secundum se, absque omni culpa. V.C. Si co-
 gnita Ecclesiæ prohibitionem habeas voluntatem co-
 medendi carnes die Veneris, habes quoque volun-
 tatem præuaricandi legem; idcoque peccas. Si autẽ
 cognita lege Ecclesiastica, eadẽ die cogites atque
 oblectes te carniũ vñ absolute & præcisẽ, non
 præuaricaris ieiunii legem: quia lex prohibens car-
 niũ esum, non prohibet etiam cogitationem & a-
 nimi oblectationem de carniũ esu. Sic sæpe displicet
 alicui pœnitentia iniuncta, quam tamen implere
 vult. Ergo similiter sine culpa potest aliquis oblectari
 in opere lege positiua prohibito, retinens interim
 efficax propositum opus non faciendi. Cæterum
 delectari de opere, V.C. carniũ esu, quatenus le-
 gitimo

gitimo præcepto repugnat, semper est peccatum; cum pro obiecto habeat formalem inobedientiam, iuri naturali repugnantem.

Coroll. Iactare se de peccato, quod & quatenus secundum se malum est, V. C. de fornicatione, &c. semper est peccatum, continet enim in se complacētiam & comprobationem peccati, iuxta Pl. st. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate.* Sed iactare se de opere, quod secundum se malum non est, non continet peccatum eiusmodi approbationis: V. C. si glorieris de corporis viribus, quia proximo die Veneris quatuor pondo carniū auidè comedisti, vel inimicum vno pugno prostrauisti. 76.

10 Non est mortale, opus prohibitum desiderare, vel in eo delectari sub conditione si prohibitum nō esset; modo apposita conditio auferat operis malitiam, V. C. Vellem comedere carnes, nisi esset dies Veneris.

11 Sin apposita conditio operis malitiam non auferat, mortale peccatum est, opus ex se mortale sub eiusmodi conditione desiderare, V. C. vellem adulterari, nisi infamiam timerem.

NB. Vellem fornicari nisi peccatum esset, aut nisi Deus prohibuisset, est peccatum mortale, quia talis conditio impossibilis non auferat malitiam obiecti intrinsecè & substantialiter mali.

12 Coniunx mortaliter nō peccat, si de maritali copula coniuge absente cogitans, in re cogitata delectetur. Ratio. Mortalis malitia delectationis morosæ sumenda est ex malitia obiecti siue rei cogitatae: copula autem maritalis malitiam non habet: ergo de ea cogitare, non est mortale peccatum morosæ cogitationis. Est tamen peccatum veniale, cum nec pietas

pietas, nec necessitas talem cogitationem suadeat.
77.

Mortaliter peccat vidua, si voluntariè consentiat 13
in motum delectationis sensitivæ, qui ex recorda-
tione copulæ maritalis naturaliter oritur, non so-
lum propter periculum eliciendi consensus in forni-
cationem absolutè: sed multo etiam magis propter
motum carnalem, qui naturaliter ex cogitatione co-
ortus, si voluntate acceptetur, mortali peccato in-
nuptis non caret. Idem dic. de sponso.

Coniux probabiliter excusatur à peccato mortali 14
si, si voluntarie delectetur in commotione sensitiva,
orta ex imaginatione coniugis absentis. Cum enim
matrimonium etiam à mortali peccato excuset ta-
ctus impudicos non copulandi, sed solius volupta-
tis gratia institutos, multo magis commotio sensiti-
va orta ex absentis cogitatione. Ratio, quia hæc om-
nia per se loquendo in coniugibus tendunt ad o-
pus coniugale, per accidens autem est, quod ob ab-
sentiam non exerceatur opus. Debet tamen abesse
in his periculum pollutionis. 78.

Qui simpliciter ac præcisè se oblectat, cogitatio- 15
ne mulieris, etsi illa consanguinea sit, vel Deo sacra-
ta, committit vnum simplex mortale contra tempe-
rantiam: secus, si desideret cum tali fornicari, quare
tunc circumstantiam personæ in Confessione expli-
care debet. Ratio discriminis est, quia, ut supra di-
xi, propositum fertur in obiectum, cum omni-
bus circumstantiis consideratum. Simplex au-
tem complacentia, cum sequitur simplicem &
præcisivam operationem intellectus, potest ferri
in vnum, ita ut non simul feratur in alterum ei
adiunctum.

adiunctum. Præterea si quis voluntariè oblectet se tactu vel amplexu mulieris coniugatae aut consanguineae, quamvis sine proposito fornicandi, debet circumstantias in Confessione explicare. Cum enim tactus libidinosi suapte natura referantur ad copulam, ideo ex ea speciem malitiæ accipiunt.

CAP. VII.

De peccatis ex ignorantia, ex infirmitate & certa malitia.

1. **P**eccata alia sunt ex ignorantia, alia ex naturæ infirmitate, siue antecedente passione animi, quæ si abesset, peccatum non fieret, ut si hominem ex vehemente passione iræ occidas. Alia ex malitia, cum quis ob solam voluntatis perversiōnem temporale commodum bono honesto hîc & nunc deliberatè præferentis peccat, idque gravissimum. Et enim libertas hominis duobus modis minui vel tolli potest, vel ex parte intellectus, & id facit ignorantia, vel ex parte appetitus sensitivi, & id facit passio. Si ergo utrumque absit, dicitur peccatum ex mera malitia, quod nullam excusationem meretur.
2. Porro ex his tribus peccatorum membris addi solet quartum: quod est peccatum ex contemptu, cum ideo legem quis violat, quod nolis ei esse subiectus. 78.
3. Contemptus continet peccatum specialis inobedienciæ in duplici specie, quia legem transgreditur, V. C. ieiunii, & quia potestatem præcipientem vilipendit, & talis circumstantia contemptus in Confessione est manifestanda, tanquam propriam speciem peccati continens, licet enim in omni peccato sit inobediencia materialis, tamen fit speciale peccatum, si ex

si ex formali & directa intentione legem violes, quia ex superbia non vis esse subiectus.

Si Carthusianus ex contemptu regulæ suæ carnes comedat, triplicis speciei peccatum committere videtur. 1. Contra virtutem specialis obedientiæ. 2. Contra virtutem temperantiæ, cuius inuitu statuta abstinentia. 3. Contra virtutem religionis, quia violat votum.

4
Omnis inobediencia ex formali contemptu, est peccatum mortale. Ratio, quia tam magnum, quam paruum præceptum à legitima potestate descendit, quam vilipendere intolerabilis quædam superbia, & in Deum redundans veluti blasphemiâ est, iuxta illud Christi, Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit. Et Rom. 13. Qui resistit potestati, Deo resistit.

5
Etiam ea quæ solum in consilio sunt, vt sacramentum Extremæ Vnctionis, aquæ benedictæ aspersio- nem, &c. ex formali contemptu negligere, est peccatum mortale, iuxta Nauar. *Aliud est contemnere, aliud non parere*: nam consilio sine culpa non pareretur; sed non sine culpa contemnitur.

6
Contemptus materialis siue ipsius operis, puta si quis præceptum transgreditur, quia parui momenti æstimat, est tantum veniale.

7
Frequens relapsus, seu consuetudo peccandi, proprie non continet contemptum, sed solum interpretatiuè secundum præsumptionem fori extreni. Relapsus tamen inducit ad contemptum. Prov.

18. Impius, cum in Profundum venerit peccatorum, contemnit.

(?)

E TRA-

TRACTATUS VIII

De Humanis Legibus.

CAP. I.

Quid sit Lex?

- 1 **L**ex vel à ligando, quod ad sui obseruationem homines liget, vel à legendo, quod lex scribi & publicè proponi soleat, vel potius si dicta videtur, quod sit lecta viuendi Regula.
- 2 Lex duplex est, naturalis & positiua. Lex naturalis est recta hominis conscientia. Positiua, quæ ex rerum natura non necessariò prouenit, sed magis est Magistratûs libera positiue.
Lex est secundum S. Thomam recta agendorum ratio à publica potestate communitati denuntiata, cum voluntate eam perpetuò obligandi.
- 3 Ad Constitutionem Legis 3. concurrunt. 1. Iudicium Practicum de agendo. NB. iuxta Molinam Conclusiones practicas de rebus agendis iureconsultorum, accedente principis voluntate, obtinent vim legis. *Omnia enim nostra facimus, inquit Iustinus quibus auctoritatem nostram impertimus.* 2. Voluntas obligandi; quæ si absit non oritur lex. 3. Imperii denuntiatio.
- 4 Lex debet esse honesta, (respicit hæc cõditio materiam) iusta (respicit formam & æqualitatem) Possibilis secundum naturam, patriæ consuetudinem loco, temporibus conueniens, utilis, necessaria, rationabilis, pro communi vtilitate lata, iuxta l. 8. *non in singulas personas, sed generaliter consistunt*

Diff
uata
in q
perf
guit
L
vel f
tur,
dor
quic
83.

C
enim
cari d
insti
ges fac
ab om
L
tenu
oblig
non
cap.
man
titia
infra
beti
rend
lib.

Diff

Differt lex à priuilegio, quod priuilegium sit lex priuata. Denique lex debet esse constans & perpetua, in quodiffert à præcepto seu mandato, tendente ad personas singulares, cum quibus plerumque extinguitur, imò etiam per mortem mandantis.

Lex autem non extinguitur, nisi vel à legislatore vel successore reuocetur, vel consuetudine abrogetur, vel ob rerum mutationem inutilis fiat, iuxta Isidorum, Lex etiam debet esse manifesta, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat.

§3.

CAP. II.

De Promulgatione Legis.

Constat ex præcedenti Capite ad Essentiam Legis requiri, vt communicati denunciata sit. Cū enim lex sit communis viuendi regula, ideo publicari debet, vt omnes secundum eam actiones suas instituere possint, iuxta legem 9. C. de Legibus: *Leges sacratissima, qua constringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent.*

Lex publicè in curia Principis promulgata, quatenus est ex sua parte, statim habet essentialem vim obligandi subditos omnes, licet secundum actum non astringat inuincibiliter ignorantes. Patet ex cap. 1. de Concess. præb. in 6. Lex seu constitutio & mandatum nullos astringunt, nisi postquam ad notitiam peruenerint eorundem; aut nisi post tempus, infra quod ignorare minime debuissent. Simile habet in igne, quod quidem per se habet potestatem vrendi omnes, sed neminem nisi propinquum *sibi, urit*

E 2 Ad

- 2 Ad substantiam legis non requiritur scriptura, sed sufficit voce, vel alio signo denunciata esse. Quod si ius à Iustin. scriptum nuncupetur, id non idcò fit, quod requiratur ad legis substantiã scriptura, sed quod lex plerunque in scriptum redigatur, vt non pereat.
- 3 Si legislator tempus adiiciat, ex quo lex sua obligare debeat, incipit eius obligatio secundum voluntatem ita statuentis.
- 4 Si legislator nullum tempus adiiciat, discrimen est inter Legem Imperatoriam & Pontificiam: illa enim ante obligandi vim non acquirit, quam elapso bimestri, post factam promulgationem in singulis prouinciis. Pontificia autem simul ac in curia Romana promulgata est, in toto orbe obligandi vim habet, quatenus est ex parte legis. Prob. prior pars ex Concilio Trident. vbi Pius IV. sic: *Quia tamen iura etiam communi (Caesareo) sancitum est, vt Constitutiones nouae, vim non nisi post certum tempus obtineant.* Posterior probat. Quia lex ad sui valorem suapte natura plus non postulat, quam vt semel in Curia principis publicetur, vnde deinde in aliorum notitiam deuenire potest: Neque etiam Ecclesiastica aliqua constitutio extat, quæ maiorem publicationem, aut temporis aliquod interuallum post primam promulgationem requirat.
- 5 Hinc discrimen inter vtramque legem, quod licet Imperatoria, intra duorum mensium spacium, post promulgationem à maiore parte prouincialium recipiatur, & in vsum deducatur, nullam tamen re ipsa obligationem adfert, sed à quouis subdito sine culpa intra illud tempus negligi potest. Lex autem Pontificia simul ac Romæ publicata est.

om. ep

omnem vim obligandi habet: cur autem Diœcesanos absentes lex Romæ promulgata non statim obliget, id non prouenit ex defectu legis, sed alicuius conditionis accidentalis puta, quia eam ignorant.

Elapsis duobus mensibus, post promulgationem Legum Cæsarearum factam, in Metropoli prouinciæ, ignorantia probabilis non præsumitur, sed ab allegante probari debet. 6

Lex etiam Ecclesiastica, si sit irritans alicuius actus, iure naturali & diuino alioquin subsistentis, plerunque censi non debet, effectum sortiri, priusquam in diœcesi promulgata sit. Exemplum habes in Concilio Tridentino, sessione 23. ca. 45. de reform. ubi requirit approbationem Episcopi ad exponendos sacerdotes. Et in bulla Pii V. infirmantis contractus censuales, quamuis ea Bulla apud nos recepta non sit. 7

Ratio est, quod alioquin eiusmodi leges in multorum detrimentum cessuræ essent, qui inuincibili earum ignorantia laborantes, tales contractus celebrarent, vel à Sacerdotibus non approbatis Sacramentalem absolutionem postularent, sicut antea consueuerunt. Siquidem hoc proprium est legam irritantium actum, non in odium agentium, sed ob defectum solemnitatis; quod postquam eiusmodi leges vim obligandi consecutæ sunt, effectum irritationis consequentur etiam erga ignorantem. 86.

(o)

1 **L**ex substantiam suam promulgatione accipit, neque intrinsecè pendet à populi acceptatione, quamvis per eam accidètaliter perficitur, iuxta Gratianum, dist. 4. *Leges instituuntur cum promulgantur, firmantur, cum moribus vrentium comprobantur.* Ratio Conclusionis est, quia postquam populus omnem suam potestatem in vnum Regem, vel paucos optimates absolutè contulit, possunt hi, & nisi aliud significent, censendi sunt etiam velle, iustis suis legibus subditos obligare ad recipiendum & parendum: cum aliòquin vltima & suprema potestas, non penes Regem vel Optimates, sed penes populum foret, adeoque non esset forma Reipublicæ monarchicæ vel aristocraticæ, sed democraticæ. Quod verò atinet Legem Pontificiam, ea multò minus à populi acceptatione dependet: quandoquidem Papa supremam in Ecclesia potestatem non à populo per Electionem sed immediatè à Christo accipit, ex vi primæ institutionis & promissionis Sancto Petro factæ. Matth. 16.

2 **E**piscopis præsertim Metropolitanis ex officio incumbit novas Pontificias constitutiones in diocæsis promulgare, atque in vsum deducere; saltem postquam ex curia Romana authenticè ipsis transmissæ fuerunt.

3 **D**iocæsanus nec de peccato damnari nec puniri potest, si legem Pontificiam in Diocæsi nò promulgatam, neque vsu receptam, ipse quoque non seruet. Primò, Quia contraria non paucorum Doctorum sententia, quod non minus ad Pontificiam quàm ad Imperia-

Imperia-

Imperatoriam legem opus sit promulgatio in provinciis; probabilis ipsis videre potest, cui proinde se conformare liceat. Deinde, quia præsumendum non est, mentem legislatoris esse, ut lex, præsertim in Diocesi non promulgata, à Diocesano vno vel paucis obseruetur, si maior communitatis pars non recepit, neque breui tempore receptura vel obseruatura existimatur: siquidem legem, cum sit commune mandatum, communiter obseruari oportet. 88.

Si legislator ad legis obseruationem subditos cōpellat, & transgressores puniat, tunc singuli eam obseruare tenentur, si iusta sit; etiamsi maior pars resistat, quia ratio naturalis postulat, ut in Schismate quodlibet membrum sui capitis potius, quam reliquorum membrorum ductum sequatur.

Si lex legitimè promulgata, à maiore populi parte sub rationabilis causæ prætextu non recipiatur, currit contra eam præscriptio, quæ saltem decem annorum spatio absoluitur. Cum enim lex iam recepta & usu confirmata per contrariam consuetudinem abrogari possit iuxta cap. vltim. de Consuet. multò magis ab initio per non usum ei derogari poterit. Quare mirandum etiam non est, plus temporis (40. ann.) requiri ad abolendam via præscriptionis legem Ecclesiasticam receptam, quam non receptam, quia illa plus roboris quam hæc obtinet.

Sed licet V. C. Episcopi peccarint, in non recipiendo Concil. Trid. tamen eorum successores, si Pontificiam constitutionem per longam temporis mortam nunquam in diocesi receptam vel obseruatam videant, per non usum titulo præscriptionis

nis sublatam credere possunt. Hinc V. C. Trident. Constit. quæ hactenus non receptæ, aut in praxin deductæ non sunt, vim obligandi non habent, vt neque Doctores ex Cathedra, multò minus Iudices in foro externo vel interno causas definire debeant, secundum leges non receptas.

In legum obseruatione quilibet conformari debet illi communitati, cuius ipse proxima pars est, qua re si lex in aliis prouinciis recepta sit, in tua non sit, eius obligatione non astringeris.

6 In dubio num lex recepta sit, pro ipsa præsumendum est. Ratio, quia factum in dubio præsumitur, si de iure faciendum erat.

7 Si noua Constitutio prouinciæ non conueniat, legislatori supplicari potest; atque interim dum responsum expectatur, eius executio differri.

C A P. IV.

De Materia Legis humanæ.

1 **L**ex humana, etiam ciuili, præcipi possunt, non tantum opera iustitiæ, sed etiam aliarum moralium virtutum, iisq; contraria prohiberi. § 9.

2 Non omnes virtutum actiones præcipi possunt, (quia quædam nimis arduæ, vt Consilia Euang.) neque omnia peccata, etiam externa ab humano Magistratu prohiberi, sed multa permitti debent (sic lupanaria, vsuræ Iudæorum) ad maius Reipub. Malum euitandû; quia lex humana ponitur multitudini seu communitati; in qua maior pars est hominum virtute non perfectorum. Quare ferme non nisi grauiora peccata legibus prohiberi solent, à quibus moraliter possibile est, maiorem partem abstinere, maximè,

maximè, quæ alijs noxia & humanæ societati incommodant.

NB. Etiam præcipi & prohiberi possunt, quæ alioquin sub naturale & diuinum præceptum cadunt; quia nihil prohibet, aliquem pluribus titulis obligari ad idem præstandum vel omittendum.

NB. Quod lege naturali aut diuinâ absolutè præceptum est, interdum humanâ lege determinatur ad certum tempus, V. C. Paschalis communio, preces horariæ.

Legislator, iuxta legitimam suam intentionem, seu motuum efficere potest vt opus aliquod sit medium, siue materia alicuius virtutis conueniens aut necessaria, sicut videre est in Ecclesiasticis præceptis ieiunij, M. ff. x. idem dicendum de actionibus ex obiecto indifferentibus, vt mercatura diebus festis, reuerentia & cultus Religionis. Hinc qui ieiunium violat contra temperantiam peccat, cuius intuitu ac fine lex Ecclesiastica lata, & qui mercaturam die festo exercet, contra virtutem Religionis.

Nulla lex humana extendere se potest ad actus merè internos per se præcipiendos. Prob. ex iure Can. c. 1. 15. q. 6. *Quod non possit humano iudicari examine, quem Dominus suo reseruat.* Et in c. sicut de sim. Ecclesiam non iudicare de occultis Et l. 18. ff. de pœnis apud Gratianum d. 1. de pœnit. *Cogitationis pœnam nemo patitur: Quod verum est si stetur intra fines cogitationis, non item, si exequendi propositum externo signo manifestetur, quamuis sine successu.* Prob. 2. Rationibus; Quia frustra & inefficaciter lex ad communitatem fertur, si legislator cognoscere non possit, vtrum obseruetur, neque ad eius obseruationem compellere. *Quare leges ferre, & secundum leges iudicare ad*

re ad

re ad eandem potestatem pertinet : atqui de actibus internis suapte naturâ latentibus, humanus Legislator iudicare non potest. Nam *secretorum solus Deus cognitor & iudex est*, c. erubescant. d. 32. Ergò. Secundo, Cum omnis humana potestas, in hominum societate fundetur : Hæc autem materialis & sensibilis sit, conuenit vt humana potestas solum se extendat ad actiones humanas, quatenus in exteriorem materiam transeunt, & signo aliquo produntur. Tamen quandoque huiusmodi externæ actiones occultæ manent per accidens, quia à nemine videntur, actionibus destituuntur. Sic Ecclesia prohibet, & latâ excommunicatione punit. V. C. hæresin externo signo proditam.

NB. Occultum duplex, Per se, quod non est probabile, sed suapte naturâ occultum, vt cogitationes. Et occultum per accidens, quod exterius expressum est, vt suapte naturâ deprehendi possit, licet à nemine deprehendatur.

6 Qui opus præceptum, quatenus ex obiecto bonum est, implet, quamuis mala intentione, is legem humanam non violat. V. C. Ecclesia præcipit ieiunium, Finis autem huius præcepti est, vt gula refrænetur, & caro spiritui subijciatur. Si iam quis ieiunet ob vanam gloriam, is non violat præceptum Ecclesiæ, quamuis ob vanam gloriam venialiter peccet. Ratio, quia intentio & finis præcepti non cadit sub præceptum, imo nec cadere potest, cum modus agendi ex virtute & proposito honestatis omnino intrinsecus & non apparens sit.

7 Qui opus præceptum secundum substantiam præstat, etsi tunc nolit præceptum implere, reuera tamen satisfacit. Exemplum : Si quis die festo Mis-

nam decenter audiat, licet non recorderetur, esse diem festum tamen satisfacit. Sed et si quis Missam die festo decenter audiat, licet expressam habeat intentionem non satisfaciendi præcepto Ecclesiæ, sed aliam audiendi, is reuera satisfacit, & non tenetur aliam audire.

Ratio Conclusionis est, quia lex tantum præcipit voluntariam operis executionem, non quasi reflexam implendi præcepti intentionem; imo eam præcipere non potest, cum omnino intrinseca sit.

NB. Obligatus voto recitandi rosarij, si recitet animo tunc non satisfaciendi, tenetur iterum recitare (Nam obligatio voti provenit ex voluntate voluntatis) sin autem immemor voti sui rosarium dicat, reuera liberatur.

Actus interni ab humana potestate præcipi possunt vel prohiberi concomitanter, quatenus requiruntur ad moralem substantiam actuum externorum. Ratio, cum homines, qui sunt membra Reipub. partim interno animo, partim externo, ac materiali corpore constent: fit, ut & interiores hominis actiones non aliter sub Reipub. gubernationem cadere possint, nisi quatenus ad externas actiones diriguntur, easque aliquo modo informant.

Si ebrius, dormiens aut mentis impos dicat horas canonicas, non satisfacit præcepto, sed debet iterum recitare; si ad mentem redeat. Ratio, quia leges homini imponuntur, ut eas humano & non brutorum modo impleat, eadem est ratio de eo, qui coactus & inuitus Missæ interest, non implet præceptum, quia coactio tollit voluntarium ac liberum, sine quo lex nec impleri nec violari potest. Quæ doctrina vniuersim vera est, si loquamur de formali imple-

imple-

inpletionem legis, ad quam omnino requiritur voluntarium.

- 10 Aliud est de materiali executione legis, ut si quis in somno vel per vim adactus, decimas parochi soluat, materialiter & in effectu satisfactum est legi, ut non sit opus alias decimas dare. Nam sicut homo sine culpa legem materialiter violare potest, V. C. rem alienam ob inculpatam ignorantiam auferendo; ita etiam sine laude legem materialiter implere potest, ut in exemplo posito, item in ieiunio cernere est, si quis à carnis esu absteat, quia per vim ad eam accedere prohibetur. Sed quaedam præcepta versantur circa Actiones, quæ in sui executione intrinsecè includunt voluntarium & liberum; ut mirum non sit, si dormiente ebrio, coacto præstari non posse, & huiusmodi spectant exempla supra posita de Missa audiendi Canoniarum horarum prece; quippe quæ voluntariam animi intentionem necessario requirere videntur.

- 11 Qui opus sub censura Ecclesiastica prohibitum omnino inuitus intermittit, modo illud opus spectata intentione Ecclesiæ in executione non requirit intrinsecum concursum voluntatis, euitat censuram, ut si solutio decimarum sub Excommunicationis præcepta, & aliquis vi adactus soluat: secus si opus ab Ecclesia præceptum, requirat intrinsecum concursum voluntatis, ut si sub pœna excommunicationis missæ auditio præcepta, & quis vi adactus audiat, incurrit pœnam excommunicationis. Denique qui opus qualecunque sub censura prohibitum omnino inuitus intermittit, pœnam statutam non incurrit, ut si in diœcesi sub excomm. prohibitum sit carnes in quadragesima comedere, & Titius per violat

violentiam ab amicis arceatur, ne eas comedat. Ratio harum assertionum est: Nam leges pœnales intelliguntur secundum effectum realem & consummatum: qui autem omnino inuitus & reluctans continetur in loco sacrificij, is reipsa non exequitur opus præceptum sed legem omnino violat. Qui vero coactus decimas Parocho suo soluit, & inuitus abstrahitur ab esu carniū die interdicto: hic licet secundum internum affectum transgrediantur legem; non tamen secundum effectum æternam seu consummationem: Ergo censuram legis non incurrunt.

Qui ob metum opus præceptum exequitur, V. 12
C. Puer qui ob metum verberum à pædagogo adactus Missæ decenter audit, satisfacit: Ratio, quia metus non tollit voluntarium simpliciter, sed solum secundum quid. Quod si verò puer sub conditione nollit audire si pædagogus non adesset, nihilominus implet præceptum licet peccet contra Religionis virtutem interno affectu, quia lex Ecclesiæ directè tantum præcipit attentam Missæ auditionem, quam si puer adhibuit, totum præceptum implevit, tamen eadem lex per consequentiam efficit, vt dum præcipit Missam audire, etiam ipsum propositum conditionatum, siue etiam simplex affectus non audiendi missam, si non auferat malitiam obiecti, prohibitus sit.

Eodem modo peccat, quem postea pœnitet, quod audierit sacrum. Hoc sumitur ex c. nulli, dist. 19. *Nulli fas est, vel velle, vel posse transgredi Apostolica sedis præcepta.*

Cum lex Ecclesiastica præcipit opus aliquod 13
pium, V. C. vocalem orationem, sacram Confessionem,

nem,

nem, consequenter etiam præcipit actum internæ
mentis, quem opus illud essentialiter includit: quia
Ecclesia non præcipit, vt simulatè orent, nec fictè
confitentur: qui autem sine interna attentione o-
rat, confitetur sine vlla animi contritione, is non ve-
rè sed fictè orat & confitetur. Ergo non satisfacit Ec-
clesiæ præcepto. NB.

Non potest Prælati, nisi regularis sit, subditum
sub peccato obligare ad habendam certam intentio-
nem in opere: V. C. vt ieiunia & orationes fiant in
statu gratiæ. Prælato tamen regulari paulo maior po-
testas in suos competit, ratione voti religiosi obedi-
endi Prælato in omnibus, quæ secundum regulam
vel ordinis consuetudinem præcipiuntur.

- 14 In ijs quæ pertinent ad naturam Corporis con-
seruandam & propagandam, homo sui iuris esse de-
bet, ac soli Deo subiectus. Ratio, quia omnes homi-
nes naturâ sunt pares, in his quæ pertinent ad corpo-
ris conseruationem & propagationem. Vnde non
tenentur nec serui Dominis, nec filij parentibus o-
bedire in matrimonio contrahendo, vel virginitate
seruanda, &c. Sed in his, quæ pertinent ad disposi-
tionem actuum & rerum humanarum tenentur sub-
ditus suo superiori obedire, secundum rationem su-
perioritatis: sicut miles Duci Exercitus, in his
quæ pertinent ad bellum; seruus Domino in his
quæ pertinent ad opera seruilia; filius patri in pec-
tinentibus ad disciplinam vitæ, & curam
domesticam. 96.

CAP. V.

De Iurisdictione.

Iurisdictionis est facultas alicuius habentis publicam
 auctoritatem & eminentiam super alios, ad eorum
 regimen & gubernationem.

Actus Iurisdictionis sunt leges condere, in ijs di-
 spensare, præcipere, iudicare, punire, ministros pu-
 blicos creare, pupillis tutores dare, Minores atque
 Ecclesias læsas in integrum restituere; item Sacra-
 menta administrare.

Iurisdictionis alia est ordinaria, quæ competit Iudici 2
 ex proprio munere, alia delegata, quæ Iudici non ni-
 si ex commissione, competit

Iurisdictionis alia est contentiosa, ad quam pertinet 3
 leges condere, præcipere, punire, causas ciuiles & cri-
 minales definire. Voluntaria alia, ad quam pertinet
 legitimare, dispensare, beneficium conferre, Sacra-
 menta ministrare, matrimonio assistere, latè loquen-
 do de hoc ultimo actu.

Voluntaria Iurisdictionis sic dicta, quia non ni- 4
 si volentibus fit, extra proprium territorium ex-
 erceri potest erga subditos, eò quod non ordina-
 rium iuris processum, nec iudicem pro tribunali
 sedentem requirat, ideo nulla iniuria inferitur ex-
 traneco Iudici, NB. tam^e ad vitandum scandalum
 priuatim exerceri debere voluntariam Iurisdictionem
 in aliena diœcesi. Contentiosa vero Iurisdictionis
 in alieno territorio absque expresso vel tacito con-
 sensu exerceri non potest: *cum extra territorium ius
 dicenti impunè non pareatur.* cap. 2. de Constit.
 in 6.

Paro:

- 5 Parochus in aliena Parochia suorum subditortu nuptias benedicere non debet, neque Episcopus in aliena diœcesi Ordines, aut Sacramentum Confirmationis conferre; sed in Pontificalibus (absque vſu pallij) extra diœcesin sacrificare non prohibetur. 97.
- 6 Diuiditur iurisdictio; quod alia sit Ecclesiastica, subdiuisa in externum forum & internum; alia civilis.
- 7 Iurisdictio vtrâque diuiditur in Imperium, quod iudici nobili proprio motu competit & per se stat. Et in simplicem Iurisdictioem, quæ exercetur iudicis officio mercenario. Mercenarium Iudicis officium vocamus; quod deseruit actioni merè civilis. Civilis actio est; per quam pars litigans intendit consequi ius proprium, iue quod sua interest, Legistæ interesse vocant. Igitur simplicis Iurisdictionis Officium ideo dicitur mercenarium, quod Iudex motu proprio, siue ex officio procedere non possit ad causas & lites civiles, sed solum ad instantiam actoris: quare partibus actione desistentibus, vel transactione compositis, Iudex cessare cogitur: Illis autem instantibus, & iudicium postulantibus, debet sententiam ferre, neque potest partes ad compositionem compellere, nisi in raro casu, si lis nimis diuturna & intricata sit, vt expediri faciliè non possit.
- 8 Imperium aliud est merum, (exercetur Iudicis officio nobili, publicam vtilitatem respiciente: Eius actus sunt Leges condere, malefactorqs punire &c.) Aliud est mixtum, (quod ^{mercenario} exercetur iudicis officio, priuatam vtilitatem respiciente: Eius actus sunt; dispensare, priuilegium dare, ætatis veniam tribuere, tutores statuere, in integrum restituere.

Merum

Merum Imperium quibusdam gradibus distin-
guitur.

Primus est maximi Imperij, quo pertinet potestas bellum inferendi, vniuersales leges condendi; Con- cilia & comitia cogendi, &c. Potestas monetam cu- dendi, tributa imponendi, quæ regalia dici solent, quia propria Regum ac supremæ Potestatis sunt.

Secundus gradus est maioris Imperij, quo perti- net potestas facinorosis hominibus mortis &c. sup- plicium decernendi. Huc spectat potestas maximæ capi- tis diminutionis, per quam ius ciuitatis & liber- tatis amittebatur, sed non amplius in vsu. Huc et- iam pertinet, Potestas Clericum degradandi, ex- communicandi, non ad instantiam partis læsæ, sed moru proprio.

Tertius gradus est Imperij magni, quo pertinet potestas aquæ & igne interdicens, quæ desijt, dici- turque capitis diminutio minor, per quam ius ciui- tatis, sed non libertatis amittebatur.

Quartus gradus parui Imperij, quo pertinet po- testas relegandi, torturæ subijciendi, flagellis pu- niendi.

Quintus gradus est Imperij minoris, quo pertinet modica coercitio in corpore.

Sextus gradus est Imperij minimi, quo pertinet exigua multa pecuniaria, qui dicitur postremi gradus cuiuslibet magistratui tam ciuili, quam Ecclesiastico competere.

Imperium mixtum pariter modo in suos gradus distingui potest. Est enim vnus gradus maximi Impe- rij, Principi reseruatus, V. C. illegitimum vel com- muni iure infamem famæ restituere, &c. Et sic dein- ceptus in inferiores gradus descendi potest.

10 In generali meri aut mixti Imperij concessione à Principe alicui facta, non censentur ea comprehensa, quæ primi gradus, adeoque propria supremæ potestatis esse solent, nisi speciatim exprimat, iuxta regulam 81. in 6. *In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verosimiliter in speciem concessurus.*

11 Generalibus sedis Apostolicæ legatis, item Episcopis & Prælatibus, similem Episcopali Iurisdictionem obtinentibus, comperunt ea omnia, quæ sunt meri aut mixti Imperij Ecclesiastici, dempto primo gradu.

C A P. VI.

De Lege, ac Legislatore Ecclesiastico uniuersali.

1 Lex & Legislatrix potestas alia est Ecclesiastica, alia ciuilibus. Differunt inter se ratione originis, quia Ecclesiastica immediatè à Deo instituta, ciuilibus ab hominibus. Et ratione finis, quia lex Ecclesiastica per se ac directè versatur circa res spirituales ad salutem animarum ordinatas. Ciuilibis verò directè temporalem tantum commoditatem spectat.

2 Ciuilibis potestas subordinata esse debet Ecclesiasticæ ratione finis, sicut corpus animæ, naturalia supernaturalibus, temporalia æternis.

NB. Potestas Ecclesiasticorum Præsulum, etiam Papæ, ad aliorum regnorum iura & causas ciuilibus directâ & ordinariâ viâ se non extendit: quia hæc di-

Potestates proprijs officijs ac dignitatibus discretæ sunt, & vtrique in suo iure perfecta.

§. I.

De Summo Pontifice.

Summus Pontifex est totus Christiani Populi p^a 3
 stor, omnium Ecclesiarum caput, & Episcopus
 Episcoporum, iuxta Matth. 16. *Et ego dico tibi, quia tu
 es Petrus &c.* Et Ioannis 21. *Pasce oues meas.*

S. Petrus etiam ipsis reliquis Apostolis à Christo 4
 propositus fuit. Nam licet omnes Apostoli iurisdic-
 tionem à Christo acceperint super fideles iuxta
 Matth. 18. *Quaecunque ligaueritis super terram, e-
 runt ligata & in caelo;* tamen ut Ecclesiae Unitas sub
 vno capite & Pastore conseruaretur, vnum
 etiam reliquis Apostolis Christus praeposuit Pe-
 trum, 100.

Potestas collata S. Petro super Ecclesiam Christi, 5
 non fuit tantum perfecte vniuersalis, sed etiam ordi-
 naria, siue perpetuo in successoribus duratura iuxta
 Matth. 16. *Super hanc Petrusm aedificabo Ecclesiam meam,
 & Portae inferi non praeualent aduersus eam.* Sicuti e-
 nim visibilis Ecclesia Christi perpetuo duratura est,
 ita & eius fundamentum & Pastor, quod cum in
 persona S. Petri fieri non possit, in eius successoribus
 fieri debet.

Suprema Iurisdictio non confertur Papae à Car- 6
 dinalibus per Electionem, sed à Christo prouenit vi
 promissionis factae S. Petro. Cardinales enim tan-
 tum designant personam, cui ex vi promissionis iu-
 risdictio confertur. Quomodo enim Cardinales
 conferant potestatem, qua ipsi carent, quando qui-
 dem *nemo potest plus iuris transferre in alium, quam sibi
 competere & gnoscatur* reg. 79 in 6.

Summus Pontifex ab Ecclesia iudicari non potest 7
 nisi

nisi in causa hæresis. Cum enim potestatem suam non ab Ecclesia, sed à Christo acceperit, consequens est, ut eadem excidere non possit, nisi Christo permittente & auferente. Quod accidit 1. Si in hæresim notoriam labatur. 2. Si papa resignet Ecclesia accipiente 3. Si exterius se gerat ut hæreticum, ideoq. Ecclesia alium eligat. 4. Tempore Schismatis; in quo Ecclesia cognoscere non possit, quis verus Pontifex sit, potest alium eligere.

8 Sedes Romana per antonomasiam Apostolica appellatur, non tantum quia in ea Principi Apostolorum Petro succeditur, sed etiam quia cum simili auctoritate Apostolica & vniuersalis gubernationis succeditur; quod nulli alteri Episcoporum concessum est: ij enim Apostolis successerunt in Episcopatu Ecclesiæ particularis, sed non in Episcopatu seu vniuersali iurisdictione erga fideles omnes.

N.B. Quod Romani Pontifices abhorreere solent à nomine Oecumenici, seu Episcopi vniuersalis, propter Constantinopolitanos Patriarchas, quibus nomen superbe sibi arrogare ausi sunt.

§. II.

De generalibus Conciliis.

9 Concilia generalia dicuntur, quæ summi Pontificis auctoritate congregata sunt, vniuersalibus Christiani Episcopis conuenientibus, (saltem potentibus venire & nomine excluso.) Ea potestatem habent vniuersales leges in Ecclesia condendi, & fidei controuersias decidendi. Decreta tamen debent mitti Romam, & à Papa confirmari. Nam Papa

extra urbem non solet in propria persona interesse Concilij.

Soli Episcopi in Concilij sententiam decisivam ¹⁰ dicunt, iure proprio & ordinario : sed ex privilegio & consuetudine etiam alijs Ecclesiasticis , non item laicis (ne quidem Imperatori) personis competere solet , iuxta illud *Joan. 20.* Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei. Quare cum omnes fideles ad Concilium venire possibile , aut conueniens non sit , eorundem capita vicem omnium repræsentant.

§. III.

De Iure Communi Canonico.

Ius Commune Canonicum , quatenus in Scholis ¹¹ traditur, 5. partes complectitur. 1. Decretum Gratiani Monachi Benedictini , ex Sacræ Scripturæ sententijs , Conciliorum & Pontificum Decretis, Romanorum Imperatorum Legibus , & Patrum dictis compilatum. 2. Quinque libros Decretalium. 3. Sextum Decretalium 4. Clementinas. 5. Et Extravagantes constitutiones.

Opus Gratiani hactenus à nullo pontifice appro- ¹² batum est, quamobrem quæ in eo adducuntur capitula, singula ad suam originem reuocanda sunt, vt appareat, quantam auctoritatem mereantur.

NB Licet Gratiani & S. Patrum Dicta nullam per se auctoritatem iuris habeant, (cum in iure condendo, non sola scientia, sed magis etiam potestas necessaria sit, iuxta c. 1. dist. 20.) tamen consuetudo obtinuit, vt in externo foro etiam illa ad causarum decisionem inseruiant.

Quinque libri decretalium sunt variorum Pontificum rescripta, à Gregorio, Nono congesta.

Sextus decretalium à Bonifacio VIII. ex diuersorum Pontificum responsis compilatus est.

Clementinæ sunt constitutiones Clementis V.

Extrauagantis sic dictæ constitutiones Ioannis XXII. aliorumque Pontificum, quæ antea extra Corpus iuris Canonici, quasi incerta sede vagabundæ, postea in Ordinem iuris redactæ sunt. His annu-mera Canones & Decreta Conciliorum generalium, Bullas variorum Pontificum, & Constitutiones extrauagantes, quæ necdum in commune Corpus iuris insertæ sunt.

13 Epistolæ & Responsa Pontificis legum vniuersalium vim obtinent, idcirco vbique allegari possunt, etiamsi ad particulares Ecclesias scribantur, nisi ex speciali causa, loco, tempore, &c. prodierint: tunc e-riam ad alias causas transferri non possunt.

Definitiones seu decreta fidei discernenda sunt à decretis morum, quæ sunt Propriè dictæ *leges*. Nam Ecclesiasticæ definitiones, siue Canones fidei ita infallibilem veritatem habent, vt nullo posteriore Concilio, vel Pontificia autoritate mutari, aut reuocari possint. Morum verò decreta siue Canones pro temporum, aliarumque circumstantiarum varietate abrogari, derogari, vel desuetudine aboleri nihil prohibet.

C A P. VII.

De particularibus Ecclesiasticis Legislatoribus, eorumque Iurisdictione.

Ecclesiasticas leges non ad vniuersam Ecclesiam, sed ad proprios subditos ferre possunt Concilia parti-

particularia, Episcopi, Archiepiscopi, Legati sedis Apostolicæ, Rom. Ecclesiæ Cardinales in Ecclesijs sui tituli, Generalis Vicarius Episcopi, Prælati Ordinum, &c.

§. I.

De Conciliis non Oecumenicis.

Concilia non Oecumenica alia sunt nationalia, quæ conuocatis eiusdem Nationis Episcopis, & Archiepiscopis à primare inducunt; Alia prouincialia, quæ ab Archiepiscopo, conuocatis episcopis; alia diocesalia seu synodalia, quæ auctoritate Episcopi, conuocatis prælati (etiam exemptis) & Parochis quotannis celebranda essent, iuxta concil. Trident.

Concilia non Oecumenica à Papa approbari necesse non est, dummodo nihil in ijs contra vniuersales Canones vel Ecclesiæ vniuersæ Consuetudines decernatur. 106.

§. II.

De Episcoporum Iurisdictione.

Episcoporum Ecclesiastica Iurisdictione, quo ad substantiam ex diuina institutione est, iuxta Act. 20. *Posuit vos Spiritus S. Episcopos, regere Ecclesiam Dei,* quo ad modum verò & ordinem institutionis, à summo Pontifice est. Ratio, quia Christus perfectam Ecclesiæ Monarchiam constituit; Ad Monarchiam autem perfectionem pertinet, vt sub vno Monarcha alij sint in Republ. inferiores Principes (sicut in Romano Imperio post Imperatorem, Duces, Marchiones) quasi totius corporis nerui aut manus, dependentes à summo capite, quod Christus voluit propter conuenientem statum totius Ecclesiæ. 107.

4 Olim tres tantum dicebantur Ecclesie patriarchales, quae à S. Petro, tanquam à summo Capite fundatae erant, Romana, Alexandrina & Antiochena.

5 Ad Romanum Pontificem pertinet Episcopos electos confirmare, eorum iurisdictionem tum locorum spatijs, tum causarum qualitate definire, eosdem iustas ob causas deponere, patet ex perpetua prae Ecclesiae & traditione. Vnde patet eorum iurisdictionem quoad modum non à Christo diuino iure sed à Papa humano iure ipsis competere.

NB. 1. Quod potest Papa in tota Ecclesia, id potest etiam Episcopus in sua diocesi, intellige cum dependentia & subordinatione ad Papam, tanquam superiorem, & exceptis causis maioribus soli Papa referuat: s.

NB. 2. Episcopi non succedunt Apostolis in Apostolatu, sed in Sacerdotalis Ordinis dignitate.

6 Patres in Concilio VI. Carthaginensi appellationem ad Sedem Apostolicam absolute non negarunt, sed modum suscipiendi appellationem improbarunt.

NB. Episcopi condemnatio est ex grauioribus Causis, ideo soli sedi Apostolicae referuat: s.

§. III.

De Iurisdictione Metropolitanani & Archiepiscopi.

7 Metropolitanus est Ordinarius superior Cœpiscoporum prouinciæ, tamen in causis criminalibus, quae depositionem merentur, contra aliquem eorum procedere non debet, sine Sedis Apostolicae autoritate.

Metro-

Metropolitanus in subditos Coëpiscoporum 8
nullam ordinariè iurisdictionem obtinet, nisi ad-
ipsum à suo Episcopo appellarint.

Metropolitanus, antequam pallium à Sede Apo-
stolica accepit, quæ sunt Ordinis Episcopalis, exer-
cere ipsemet non debet; sed suffraganeo suo Ordini
facultatem concedere potest, cum talis de-
mãdatio iurisdictionis actus sit, quem exercere po-
test, quamprimum confirmatus est.

NB. Pallium quasi singulare priuilegium perso-
næ conceditur, vt eo in certis festis diebus ipsemet
utatur in Ecclesiis prouinciæ suæ, neque alteri Epi-
scopo commodari possit, sed cum eo mortuus, sepe-
liri debeat.

§. IV.

De Iurisdictione & Potestate Capituli.

Episcopus sine Consilio Capituli statuere non 9
debet, quod alicuius momenti sit.

Episcopi & Canonici faciunt vnum corpus.

Si consilium alicuius de iure requirendum sit, nõ
idcirco etiam consensus requiritur. Hinc licet Capi-
tulum requisitum non consentiat, tunc statutum E-
piscopi erit firmum, ~~etiam~~ In causis, quæ ad damnum
Capituli cedere possunt, requiritur etiam consensus.

Capitulum sine Consensu Episcopi statuere po-
test in rebus exiguis, & ad ipsum proprie Spectanti-
bus: non in grauibus, quia Episcopus est Generalis
Sponsus Ecclesiarum suæ diocesis. 10

Capitulum, ipseque Decanus communi iure nul-
lam iurisdictionem habet in singulos Canonicos,
& Ecclesiæ suæ ministros, nisi esset consuetudo aut
F 5 præscri-

præscriptio, sed ipsemet Episcopus est ordinarius Iudex & Pastor totius diœcesis.

Sede Episcopali vacante, Capitulum exercet omnem iurisdictionem, tam voluntariam, quam contentiosam. Hinc solet Capitulum aliquando sede vacante communi consensu condere statuta pro Ecclesiæ reformatione, quas recapitulationes vocant, & vim legis obtinent, si sacris canonibus nõ repugnât.

13 Beneficia, quæ patronata non sunt, Capitulum sede vacante conferre non potest.

14 Capitulum non succedit in iurisdictione Episcopo delegata, quia censetur electa, industria personæ, & ratione dignitatis, sed Capitulum succedit in iurisdictione, quæ competit Episcopo iure communi & ordinario.

15 Bona immobilia Ecclesiæ Cathedralis & mobilia pretiosa, si seruando seruari possunt, vacante sede ab eaque authoritate Rom. Pontificis alienari non possunt, quamuis Episcopus vel similis prælatus postea electus & confirmatus alienationem ita factam approbare queat. NB. Causa iudicialis vacante sede agitari non potest, nec præscriptio contra Ecclesiam procedere solet.

16 Intra annum à die vacationis, Capitulum iure nouo Concilii Trident. ordinandi licentiam vel dimissorias, tum iure antiquo potest, communi iure dare non potest.

17 Capitulum sede vacante non potest fructus & ceterum modum Episcopatus distrahere. 113.

§. 5. De Iurisdictione Vicarii Generalis.

18 Generalis Vicarius Episcopi ex eodem, cuius vicem gerit, tribunali iurisdictionem ordinariam exercet in diœcesanos, potest audire omnia diœcesanorum

sanorum confessiones, eorumque matrimoniis valide assiltere, atq; eiusmodi facultates aliis Sacerdotibus delegare, in foro eodem contentiosas causas agnoscere, excommunicare, &c. Est enim Ordinarius, & Parochorum superior, Episcopi personam representans.

NB. A generali Vicario ad Episcopum appellari non potest, quia appellatio est ad Iudicē diuersum. Et appellatio esse non potest ab eodē ad eundem, ait gloss. c. Romanæ. A Decanis autem ruralibus & foraneis potest appellari.

Mortuo vel deposito Episcopo, iurisdictio Vicarii generalis expirat, in eoq; differt à delegato, cuius potestas ob mortē delegantis nō expirat, quoad negotia cepta. Ratio est, quia Vicarii generalis idē est cū Episcopo tribunal, delegati autem diuersum & inferius.

NB. Post mortē Episcopi, vicarius generalis denuo debet confirmari. Ipso iure enim iurisdictio Vicarii per mortē Episcopi extinguitur: quod si reuocetur iurisdictio per mandatū, debet prius intimari Vicario, nomine Episcopi, & tunc habet primū Effectū.

NB. 2. Per Episcopi excommunicationē suspenditur etiam iurisdictio vicarii, sed non delegati, cuius iurisdictio non cessat ob excommunicationem delegantis, si causa integra non sit.

Porro iurisdictio Vicarii generalis non extendit se communi iure ad meras & voluntarias gratias, V. C. collationes beneficiorum, dispensationes in irregularitatibus ex occulto delicto, denunciationibus matrimonii. Potest tamen Episcopus & praxis docet illis eiusmodi iurisditionem maiorem conferre.

Officiū Viceprioris, Vicequardiani, quin & quorundam Vicariorum forensium, mortuo vel deposito principali, non expirat.

§. VI.

De Iurisdictione Legati Apostolici.

21 **L**egatus Apostolicæ Sedis est Ordinarius Iudex & quasi præses Prouinciæ, ad quam destinatus est; nec expirat illius potestas moriente Papa legatæ.

NB. Legatus post Trid. Concil. non debet suscipere causas subditorum, nisi vel per appellationem ad ipsum deuoluantur, vel episcopus eas intra biennium à die mortæ litis definire negligat. 117.

22 Triplex est Legatus sedis apostolicæ, Vnus à latere, vel missus cum potestate à latere, qui à die discessus ab vrbe, vsque ad diem reditus absoluere potest omnes percussores Clericorum. Alius est Legatus non à latere, qui solos Prouinciales, dum in prouincia moratur, à censura Canonis absoluit. Alius denique Legatus natus dicitur, cui ratione particularis Ecclesiæ tale munus competit.

23 Delegatus Papæ & Nuncius Apostolicus in causa sibi commissa maiorem potestatem habet aliis Ordinariis locorum. Hinc ex mandato Papæ, etiam nõ requisitis Episcopis, potest visitare & cognoscere causas omnium Christianorum.

NB. Dum delegatus Papæ visitat, non potest Ordinarius loci id munus obire; quia per delegationem censetur ablata iurisdictio Ordinario, vt non possit procedere in causa alteri commissa: nisi appareat delegatum contra Ordinem iuris ac commissionis suæ procedere: tunc enim illi resisti potest per modum defensionis, sicut & cuius alteri priuato,

(?)

§. VII

§. VII.

De Iurisdictione Cardinalium Ecclesie Romanae.

Cardinales E. R. quasi Episcopalem Iurisdictionem 24
obtinent in Ecclesia sui tituli.

Cardinales, Sede vacante, non exercent iurisdictionem in Ecclesiam vniuersalem, nisi vrgens necessitas incidat. Mortuo enim Papa, spatio 10. dierum debent eligere alium. 25

Cardinales ex Papæ commissione emergentia 26
dubia circa morum reformationem, atque iudicialiter lites decidunt.

§. VIII.

De Potestate Religionum & Pralatorum Regularium.

In quavis Religione approbata est potestas 27
condendi statuta perpetua, quæ Ordini ac Regulæ conformia sunt. Estque illa potestas vel penes supremum Ordinis, vel penes capitulum generale aut prouinciale.

Prælati Ordinum aliqui exempti sunt à Iurisdictione Episcoporum V. C. Prælati Mendicantium; 28
Alii non exempti, qui tamen Ordinarii iudices suorum Regularium sunt, saltem in causis pertinentibus ad regularem disciplinam. Hinc potest punire, incarcerare, &c.

In causis criminalibus præsertim maioribus & de- 29
positionem merentibus, Regularium non exemptorum iudex ordinarius est Episcopus: qua tamen in re consuetudo locorum attendenda, quæ iurisdictionem dat & aufert.

NB. Epi-

NB. Episcopi in Germania maiorem potestatem habent in Monasteria Ordinum nō mendicantium, quam in Italia, Hispania, &c. vbi fermè ab omni Episcoporum Iurisdictione exempta sunt.

- 30 Ecclesias vnitas Monasteriis Regularium exemptorum, si populum habeāt in spiritualibus Episcopo subiectū, idem Episcopus visitare potest; non itē alias Ecclesias, quæ propriè ad Regulares spectant. Nam visitare est actus iurisdictionis, superiori competens. Ordinarius autē non habet iurisdictionē in exemptos, neq; in eorum loca. Sunt enim hæc inter se connexa, & accessorium sequitur principale. Et locus exemptus censetur extra diœcesin,

C A P. VIII.

De Lege & Legislatiua potestate ciuili, siue politica.

- 1 Legum ferendarum potestas hominum natura conuenit, Deumque authorem habet. Cum enim homo inter omnia animalia maximè infirmus nascatur, pluribus animi & corporis ornamentis debitis destitutus, ideoque suapte natura animal sociale est, ipsa natura & ratio naturalis eum adigit ad vitæ societatem, & Respubl. constituendas, vt eadem ratio naturalis dicit, hominum societatem siue Rempubicam diu consistere non posse, nisi publicâ potestate gubernetur: *Nam vbi non est gubernator, populus corruet,* ait Proverb. 11. Sapiens.

Ex quo sequitur potestatem Legislatricem & Gubernatricem in quavis Republica non solum necessariam esse, sed etiam Deum primum auctorem habere, iuxta Proverb. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* Nam qui dat formam, dat etiam

etiam ea, quæ necessariò formam consequuntur:
Sed potestas gubernatiua est necessaria proprietas
naturæ humanæ naturali dictamine in vnum coëun-
tis. Ergo Deus, qui est auctor humanæ naturæ,
est quoque auctor gubernatiuæ inter homines po-
testatis.

Triplex est forma Reipublicæ; Democratia, (quæ 2
penes populum eiusque leges dicuntur Plebis scita)
Aristocratia, (quæ penes Optimates à populo con-
stitutos, eiusque leges Senatus consulta dicuntur.)
Monarchia, (quæ penes Regem, Imperatorem, eius-
que leges Principum Constitutiones dicuntur.

Leges ferre possunt Respublicæ liberæ, V. C. Ve- 3
neta, Genuensis, Heluetiorum; deinde Reipub. su-
preum caput, Imperator, Rex, & qui ab istis pote-
statem acceperunt.

NB. Regna & Prouinciæ Imperatori non subie- 4
ctæ non astringuntur legibus Cæsareis, quædam ta-
men receptæ ob earum sapientiam.

Licet ordinariè dignitas & nobilitas vxoris in s
maritum non redundet; secus tamen est, si dignitas
vxoris maxima sit, puta regnum vel Ducatum possi-
dentis Rex non potest in præiudicium regni, iuris-
dictione, aliaue bona eius alienare. Ratio, quia bo-
na regni sunt potius dignitatis, quam propria Re-
gis: quæ causa est, quod mortuo Rege non diuiditur
Regnum inter filios defuncti, idque ex primæua re-
gni origine prouenit.

Communitates in Republ. approbatæ, V. C. Me- 6
chanicorum (Zunfften) statuta intra limites suos cõ-
dere possunt: quæ tamen à proprietate publica-
rum legum nonnihil deficiunt: sicuti statuta
domesti-

domestica, à Patrefam. posita. Nam legem condere est actus iurisdictionis pertinens ad totam multitudinem, vel personam publicam, quæ totius multitudinis curam gerit: At qui communitas V. C. Sartorii non facit talem publicam multitudinem, in qua potestas singulos puniendi resideat, nisi vi mutui obligauerint membra ad pœnas conuentionales.

NB. Parentes & Præceptores possunt intra limites suæ potestatis obligare sub peccato mortali, si materia huius obligationis capax sit, statuta tamen domestica plerunque tantum sub pœna obligat.

§. Vnicus.

De Lege Ciuili.

7 **L**eges naturales immutabiles sunt, (per se quidem per accidens tamen mutantur ratione obiecti, ut c. suum cuique ius tribuere, naturalis iuris est: cuius tamen obligatio cessat, si furiosus depositum in se fecerit repetat) positivæ autem arbitriæ, ideoque variæ apud varias gentes: quia sicut Principis vel populi arbitratu positæ fuerunt: ita etiam tolli vel abrogari possunt, cum ita visum fuerit.

Discrimen est inter ius naturale & gentium. In gentium & sedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, seruitutes, postliminia, fœdera, paces, induciæ, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde gentium appellatur, quia eo iure omnes fere gentes utuntur.

8 **S**ilex canonica contraria sit legi ciuili circa materiam Ecclesiasticam, ciuili sublata censetur: V. C. lex quæ prohibet mulieri, ne intra annum viduitatis nubat. Si

bat. Sin verò circa aliam materiam, vtraque in suo foro seruanda est.

NB. Mira est Conspiratio inter ius ciuile & canonicum: Hinc nemo bonus Casista nisi legū ciuiliū aliqualem cognitionem habeat, tum quia multa decreta Pontificum ex iure ciuili sumpta, tum quia leges ciuiles, si iustæ sunt, & sacris Canonibus non repugnant in Conscientia obligant.

NB. Clerici vel Monachi ex Claüstris exeuntes, & ius ciuile audientes, excommunicantur quidem, sed non, si intra claustrum leges ciuiles inspiciant, & eorum intellectum, addiscant, ad sacros Canones ritè intelligendos & docendos, & occurrentes conscientia casus dissoluendos.

CAP. IX.

Vtrum Legislatur propria lege obligetur.

Legislatur alius est absolutus, V. C. Papa, Imperator, Rex, Episcopi, Duces Imperii, &c. quamuis horum aliqui in ferendis legibus certarum personarum consilium adhibere debent, vt Rex Arragoniæ, & Rex Poloniæ, procerum regni in Comitibus: alius Legislatur est dependens.

NB. 1. Legislatur, qui solus legem condere non potest, V. C. Metropolitanus inter Cæpiscopos; Dux Venetus inter Senatores; Prelatus in Capitulo: communibus legibus in synedrio latis astringuntur. Multò verò magis, si tota communitas legem ferat, singulorum obligantur.

NB. 2. Leges, quarum obseruatio æquè Principem decet, ac subditos, astringunt principem, V. C. Ieiunium Ecclesiasticū, abstinētia, confessio annua, Quæ verò propria subditorum, V. C. Ne quis arma

G ferat

ferat in ciuitate, ne holosericis vestibus induatur, nihil obstringunt Principem.

2 Princeps suis legibus non obligatur vi coactiua. Quia pœna imponi debet per iudicis sententiam, etiam inuito; Princeps autem iudicem superiorem non habet, à quo cogi possit, à se ipso autè nemo propriè cogitur, neq; quisquã in proprio facto iudex est.

3 Obligatur tamen princeps legibus suis vi directiua quæ obligatio radicaliter ex naturali iure, promè autem ex ipsa lege positiua descendit. Dicitur enim S. Augustin. Turpis est omnis pars suo vniuersi non congruens, multò magis pars præcipua cuius suis reliquis partibus congruere debet. Hinc ex ratione honestatis & decentiæ Papa obligatur ad annuam communionem, nec hinc sequitur, quod se ipsi se subiiciat, sed legi, quæ legitimè lata & stabilita in Republica dominatur.

CAP. X.

Vtrum infantes & Amentes Legibus obligentur?

1 **I**Nfantes ante vsum rationis, nullis legibus obligantur. Infantibus æquiparantur amentes perpetui. Ratio, quia cum lex sit præceptum rationale, et vinculi siue obligationis capaces non sunt, qui ratione carent: quare his leges positæ non censentur.

2 Qui verò amentes aut infantes sunt, propter defectum propriè puniri non possunt; amentes tantum possunt castigari instar bestiarum, vt ita perterriti doceantur à nocumētis. Amentes, propter delicta quæ ante amentiam commiserunt, non possunt puniri pœna mortis aut mutilationis, tamen pecuniaria.

Puer

Pueris ante vsum rationis, & perpetuò amentibus fas est diebus interdictis carnes ad comedendū præbere. Nam leges Ecclesiasticæ talibus personis positæ non sunt.

Sed ebriis præbere non licet, etsi enim illi tunc non peccant in ebrietate, concedentes tamen illi, qui alliciunt ad comedendum.

Pueri cum primum vsum rationis consecuti sunt, communibus legibus obligantur, V. C. abstinentia à Carnibus, confessione annua, auditione missæ. Nam tunc pueri sunt capaces præcepti. Ergo cum lex generale mandatum sit, quod à tota communitate obseruari debet, etiam pueros comprehendit.

Pueri post septem annos, si doli capaces sunt, Ecclesiasticam censuram incurrere possunt. Prob. ex c. vlt. de sent. excom.

Probabile tamen est censura non ligari, si infantia propinqui.

NB. Quod Impubes, excepto adulterio, ex furto, homicidio & omni delicto teneatur ad pœnam luendam quamuis mitiorem, iuxta reg. 108. ff. Ferè in omnibus pœnalibus iudiciis & atati, & imprudentia succurritur.

Pœnis grauissimis excommunicationis, prohibitionis, sepulturæ, interdicti Ecclesiæ, &c. non comprehenduntur pueri & impuberes delinquētes, Ratio, quia eiusmodi ætas non censetur sufficiens ad ordinem iudicarium intelligendum.

Impubes, qui post septennium doli capax voluntarium homicidium committit, irregularis efficitur.

Non item infans ante septennium exactum, licet doli capax sit, vt mortaliter peccare possit, quia

in Clementina expressè excipitur infans Et irregularitas non incurritur, nisi iure expresso, ad id impubli legislatorem teneret aetas.

CAP. XI.

Vtrum Ciues vel Diæcesani obligentur legibus territorii proprii, dum absentes sunt.

- 1 **L**Eges territorii non obligant ciues absentes se peregrinantes. Ratio, quia lex, siue statutum cum stabilem ac perpetuam obligationem habere debeat, immediatè afficere censetur territorium Legislatoris, atque hinc in subditos ibi existètes transire: Quare, cum Legislato extra proprium territorium iurisdictionem non habeat, sequitur, subditos extra territorium non obligari, arg. l. ult. ff. de iuris Omnium iudicum,

Extra territorium ius dicenti impunè non paretur. eoque differt Lex à sententia & præcepto; quia hæc proximè in personas subditas tendunt, earumque obligationibus coherant, quocunq; terrarum discesserint.

- 2 Prælati Regularium, cum in suos iurisdictionem habeant, non ratione territorii, sed ratione obligationis personalis, illos tum præceptis, tum statutis ubique terrarum obligare possunt, *quia totus mundus est eis (Prælati Regularibus) pro territorio.*

- 3 Statutum obligare potest subditos absentes, principaliter latum sit in causa pertinente ad ipsum territorium statuentis, V. C. Si statutum, ut omnes Clerici certo anno veniant ad Synodum, vel Canonici ad Capitulum: *Qui enim alicubi non facit, quod facere debet, videtur facere aduersus ea, quæ non faciunt* argum. reg. 163. ff. Item sic valet statutum, prohibens incolis

incolis ne adeant prouinciam peste infectam; ne extra proprium territorium mercaturam exercent.

Peregrini, dum per regnum Castellæ transeunt, 4
possunt incolarum more, intestinis animalium vesci
in die Sabbarhi: Est enim priuilegium locale, quo omnes, qui eo loco versantur frui possunt.

Locus intra Diocesim exemptus æquiparatur loco 5
suo extra diocesim.

Incola ciuitatis, in qua dies festus celebratur, si 6
manè egressurus & peruenturus sit ad oppidum, ubi non celebratur, debet tamen prius Missam audire. Ratio, quia præceptum affirmatiuum audiendæ Missæ tenetur aliquis quamprimum implere, si postea impleturus non sit: sicuti qui præuidet, se postea ab audienda Missa impeditum iri, statim audire debet, si commode audire possit. Et illa est mens Ecclesiasticorum Legislatorum, quam Consuetudo & fidelium persuasio interpretatur, quod incolæ die festo Missam audire teneantur, si per tale temporis spatium in oppido existant, ut commode audire possint.

Discessurus ex loco, ubi ieiunium non seruatur, 7
potest ibidem vesci etiam carnibus; etsi eodem die peruenturus sit ad proprium territorium, ubi lex ieiunii obligat: Et potest domi iterum comedere, quamuis à carnibus abstinere teneatur.

Et; Qui noctu peruenit ad locum, ubi non ieiunatur; potest ibi carnibus vesci, etsi in proprio territorio, unde illo die exierat, lex ieiunii obliget. Quare, antequam talis manè exiit, poterat prandere, sed non carnibus vesci. Ratio discriminis est; quia præceptum siue obligatio carnibus abstinendi, diuidua est, adèd ut tametsi vna diei parte iusta vel

iniusta de causa abstinentiam non serues, nihilominus alia diei parte seruare debeas, vbi præceptum obligat: at verò præceptum siue obligatio ieiunii indiuidua est, vt qui bis in die reficitur iusta vel iniusta de causa, is ieiunii lege soluat, propterea quod formam ieiunii Ecclesiastici tali modo seruari non possit.

Verum in his videtur esse habenda ratio temporis potioris, secundum quod ex loco in locum proficiscens, commoraturus est. V. C. Si mane hora die prima egressurus es ex oppido, vbi ieiunium non seruatur, & altera vel tertia diei hora peruenturus ad oppidum tuum, vbi ieiunium seruatur. Malè facies si circa auroram ientaculum sumpseris, præsertim cum carnibus. Alia verò ratio est, si post meridiem egressurus es. potes enim ibi ientaculum sumere & prandere: consequenter ieiunio solutus es, quantumuis à carnibus in tuo oppido nihilominus abstinere debeas.

8 Qui ex Episcopatu, in quo vetus Calendarium obseruatur, Quadragesimæ tempore venit ad aliam diocësin, quando ieiunium fermè absolutum non tenetur amplius, quam illi quibuscum viuit, ieiunium prorogare. Nam non videtur mens esse Ecclesiæ, aliquem obligare ad ieiunandum in loco, vbi fideles nõ ieiunant, siquidem id commodè fieri potest, & valde expedit, Ecclesiæ cuiusq; morem rite formiter à fidelibus obseruari.

Sed hæc intellige de Ecclesiis Catholicorum. Nam apud hæreticos seruandum est Calendarium nouum, quia in contemptum Ecclesiæ cedere videtur, si Catholicus peregrinus se conformet illegitimæ consuetudini ab hæreticis pertinaciter retenti.

NB. rum V. conse pacem secum grini mare

O ad loc lenda que tur, r. tis sin non l

Sif gis, e sine p denit Marti mero lari de coru

Vtru lo

A alien

NB.

NB. Incolas tamen Catholicos in terris hæreticorum V.C. Vlmæ ex æquitate quadam, & præsumpto consensu Catholicorum Præfulum ad communem pacem seruandam, festa & ieiunia celebrare posse secundum Calendarium vetus; quibus etiam peregrini Catholici, dum inter eos morantur, se conformare poterunt. 135.

Operarii ex locis Catholicis egredi non possunt ad loca hæreticorum in quibus ob diuersitatem Calendarii festa non seruantur, quia leges Ecclesiasticæ quæ ad spirituale vtilitatem subditorum promulgantur, talem conditionem annexam habent, vt subditis sine iusta causa earum obligationem subterfugere non liceat.

Si sponsi sine iusta causa, adeoque in fraudem legis, egrediantur ad contrahendum matrimonium sine parcho & testibus, in loco vbi Concilium Tridentinum non receptum, peccant quidem, sed eorum Matrimonium validum esse videtur, quod sit ex numero contractuum, quibus id proprium est, vt regulari debeant secundum Leges & Consuetudines locorum, vbi celebrantur.

CAP. XII.

Vtrum Aduena & Peregrini teneantur legibus locorum, in quibus pro tempore versantur, quamuis in proprio ipsorum territorio non obligent?

Aduenæ, si causa inhabitandi ad tempus longum venerint, vel quasi domicilium figent in oppido alieno, omnibus eius legibus obligantur.

G 4 Ratio

Ratio, quia tales eius loci forum sortiuntur, id est iurisdictioni subiiciuntur, Ecclesiasticae & Civilis. Ergo etiam adstringuntur legibus.

2 Princeps non obligatur statutis municipalibus civitatis aut provinciae ad quam advenit, quamvis longo tempore moraturus, Sicuti nec Legatus in Provincia diocesibus Legibus obligatur. Ratio, quia eiusmodi leges ab inferiore potestate latae sunt, ut vim nullam habeant in superiorem principem.

3 Aduenae & peregrini, licet in loco diu morantur non sint, obligantur tamen legibus communibus quae in ipsorum patria speciali privilegio vel consuetudine non seruantur. V. C. Cuius Mediolanensis peccat, si Romae primis Quadragesimalibus diebus carnes comedat, quia specialis illa Consuetudo carnes vescendi est privilegium locale, quod Cuius Mediolanensis frui non potest, dum absens est. Contrarium tamen probabiliter docet Sanchez, quia ciues, inquit, dum absentes sunt, sed mox in patriam redituri, per fictionem iuris pro praesentibus habentur.

4 Aduenae, dum in aliena terra hospitantur, non obligantur legibus & consuetudinibus eius loci propriis. Ratio, quia ad obligandum aliquem legibus requiritur iurisdictionis: sed peregrini ob breuem hospitii moram non subiiciuntur iurisdictioni. Ergo non obligantur eius loci legibus.

5 Contractus & testamenta interpretationem suam valorem accipiunt secundum leges loci, in quo fiunt. Hoc enim pertinet ad pacificam communicationem cum incolis.

Sacerdos Graecus transiens per Ecclesiam latinam

nam
ficus
con
est
rum
N
ca; te
velu
ferm
P
tur l
in qu
nisi r
delic
fessio
tione
subie
yagie
linqu
plicit
nem l

C
berna
aut C
rici in
ciues
quar

nam, potest in azymo consecrare, vel in fermentato, sicut maluerit. Ratio, quia peregrinus legibus & consuetudinibus suæ patriæ liberatur, dum absens est: Verum neque astringitur alienis eorum locorum, per quæ tantum transit.

NB. Latinus sacerdos celebrans Romæ in Græca; tenetur celebrare more Romano, quia Græcis, veluti privilegium personale concessum est, ut in fermentato sacrificare liceat.

Probabile est, quod neque vagabundi obligentur legibus & Consuetudinibus proprijs locorum, in quibus hospitantur, quia nemo sortitur forum, nisi ratione domicilij aut habitationis, vel ratione delicti, vel ratione contractus, vel ratione suæ possessionis sitæ in territorio, vel denique interdum ratione originis. Vagi autem nullo horum modorum subiecti sunt. Ergo. Per consuetudinem puniuntur vagi delinquentes, ne eorum crimina impunita relinquantur. Sed tamen hinc non sequitur eos simpliciter & in omnibus sortiri forum, seu iurisdictionem loci, in quo existunt.

C A P. XIII.

An, & quâ ratione Clerici civilibus legibus obligentur.

Clerici obligantur communibus secularium principum legibus, quæ ad Reip. bonam gubernationem pertinent, neque sacris Canonibus, aut Clericorum statui repugnant. Ratio, Quia Clerici in communi vitæ societate degentes, sunt etiam ciues ac membra Reipubl. Ergo naturali ratione æquum est eos etiam præstare, quæ ad communem

G S Rei-

Reipublicæ gubernationem necessaria sunt. *Turpi est enim omnis pars suo vniuerso non congruens*, ait S. August. *Confirm. Qui sentit commodum, idem & onus sentire debet.* reg 55. in 6. Clerici autem communibus

Reipublicæ commodis ac priuilegijs fruuntur. Ergo
 2 Ecclesia reprobatur ea secularium statuta, quibus de rebus vel personis Ecclesiasticis directè decernitur, præcipiendo, vetando, licet Ecclesiæ fauorem continere videantur. Ratio, quia eiusmodi legibus præceditur directa laicorum Principum iurisdictione super Ecclesiastica (siquidem leges ferre iurisdictionis actus est) talis autem usurpatio potestatis immunitati Ecclesiasticæ repugnat.

3 Neque de bonis patrimonialibus Clericorum speciatim aliquid civili lege præcipiente, vel prohibente statui potest (nam lex non fertur sine iurisdictione: nemo autem habet iurisdictionem disponendi de bonis alicuius, nisi etiam super personam iurisdictione præditus sit) secus, si dispositio civilis præceptiua non sit, sed permissiua & priuilegiatiua: vt si statuto caueatur, Clericos priuilegiatos admittendos esse ad feuda, maioratus, statutum valebit. Cuius rei ratio est, quia dare priuilegium non est dignum superioritatis, cum etiã nõ subdito dari possit.

4 Clerici delinquentes aduersus civilem legem, pœnam merentur ab Ecclesiastico Magistratu inferendam, siue eandem quæ civili lege decreta est, siue arbitriam.

5 Leges civiles prohibentes, aut infirmantes contractum obligant Clericos, si pœnales non sint, secus, si pœnales, quia lex pœnalis continens vim coercitiuam, non potest se extendere ad personas Ecclesiasticas.

Cleric

Clerici ciuilibus legibus nunquam videntur obli-
gari directè & ex virtute ipsarum legum, sed solum
indirectè, quia id naturalis æquitas postulare vide-
tur, cum alioquin communis pax inter ciues difficile
seruari possit; quæ ratio mouit summos pontifi-
ces aliosq; Prælatos, vt eiusmodi iustas Princi-
pum leges approbarent, & Clericis omnibus obser-
uandas præciperent; imò etiam vellent secundum
eas in foro Ecclesiastico iudicari, vbi Canones defi-
cerent, iuxta c. innotuit, de arbitris. Sicut leges non
dedignantur sacros Canones imitari; ita & sacrorum
statuta canonum, Principum Constitutionibus ad-
iuuantur.

C A P. XIV.

*De Effectu legis, ac præcepti humani, quæ
est obligatio.*

Legislator tam ciuilis quam Ecclesiasticus obliga-
re potest subditos in Conscientia, siue sub pec-
cato; quia legitimus Magistratus, vtitur potestate à
Deo data, tanquam minister Dei. Sap. 6. Rom. 13. 1.
Pet. 2 Ergò non minus ipsi iusta præcipienti obediri
debet, quam si Deus per seipsum præcipiat.

Vt lex sub mortali obliget, requiritur intentio Le-
gislatoris (*quia actus agentium non operantur ultra eo-
rum intentionem* arg. l. non omnis. ff. si certum petat-
tur) & materiæ grauitas siue capacitas aut contem-
ptus in rem leuem præcipientis.

Interdum materia, quæ secundum se leuis, relata
ad communitatem & publicam pacem grauis est; atq;
capax obligationis sub mortali, vt videre in peccato
Adami, ratione finis grauissimum erat, quia in
signum

signum recognitionis obedientiae Deo rerum omnium auctori debitae, & quasi tributum humanae subiectionis erga Deum est. Et peccata militum propter exiguum furtum mortem lucentium.

- 4 Ex verbis, quibus Legislator usus est, colligi debet, qualem obligandi intentionem habuerit, V. C. Monemus, hortamur; praecipimus, mandamus; praecipuum sub mortali: Praecipimus in Virtute S. Obedientiae; grauius. Verba, Caueant, oportet, volumus, ordinamus; consideranda sunt iuxta poenam adiectam & circumstantias. Inspicienda etiam consuetudo, & proborum hominum persuasio, quae est optima Legum interpretis, iuxta reg. 4. in 6. *Inspiciamus in obscuris, quod verisimilius est, aut quod plerunquo fieri consuevit.*
- 5 Leges positivae ordinariè non obligant cum periculo mortis, mutilationis, grauis infamiae, aut bonorum magnae iacturae iuxta reg. 6. in 6. *Nemo potest ad impossibile obligari: quod autem valde difficile est, moraliter impossibile est.*
- 6 Interdum humana potestas praecipere vel prohibere aliquid potest cum periculo mortis, si videlicet ex obseruatione legis aut praecipui, maius Reipublicae commodum speratur, vel ex neglectis maius incommodum timetur, quam aestimari debeat priuatum periculum mortis. Sic enim dux militum praecipit militi, vt stationem seruet cum vitae discrimine; & summus Pontifex, vt cum simili periculo sacerdos fidem paganis praedicet.
- 7 Si legis positivae transgressio cessura est in contemptum legislatricis potestatis, aut fidei Christianae detrimentum, tunc ipsa etiam naturae lex obligat ad obseruationem, quamuis cum vitae dispendio.

Cen.

Censura Ecclesiastica non obligat cum graui-
8
mo periculo, quia non est intentio legislatoris, vt
obliget.

Sacrificare sine sacris vestibus licitum est ad gra-
9
uissimum periculum mortis &c. Vitandum, modo
id non cedat in contemptum Religionis.

Matrimonium cum impedimento dirimente li-
10
cite V.C. cum consanguinea contrahitur ob metum
grauem, sed non licite consummatur ante Papæ di-
spensationem, quia est copula fornicaria, & ince-
stus.

Lex Carthusianorum de carniū abstinentia rī
semper obligat; excepto casu si nullo alio cibo, præ-
ter carnes, suppetente, lex naturalis dicet vitam
præsentialimento seruandam esse. Quam diu vero
alij cibi suppetunt, laudabilis illius Ordinis consue-
tudo ita regulam interpretatur, vt fas illis non sit,
cuiusque ægritudinis occasione; carnibus vesci.
Quia si alij cibi haberi possunt, carniū esus non
est absolutè necessarium medium ad vitam seruan-
dam: diutius autem vitam prorogare delicatiore
cibo nemo tenetur, si id à vitæ instituto alienum sit,
maiusque & publicum bonum virtutis ac regularis
obseruantia impediat vel imminuat.

Lex non extendit se ad præterita sed ad futura. 12
Nam causa prior est effectu suo, & ad præteritum
non datur potentia: Consequenter Lex superueni-
ens non potest obligationem imponere ad actibus fa-
ctis: sed solum faciendis. Quod vero attinet ad effe-
ctus Legis; cuiusmodi sunt; declarare, pœnam deli-
cto statuere, formam actui præscribere, & aliter fa-
ctum infirmare, nihil obstat, legem ad præterita et-
iam extendi. Nam lex, quatenus solum declaratoria
est:

est. V. C. matrimonium tali modo contractum pro inualido habendum esse; etiam ad præterita se extendit. Quatenus verò lex nouam pœnam delictis statuit ordinariè intelligenda est de peccatis committendis.

C A P. XV.

De Lege pœnali.

Lex vel est absolute obligatoria sine adiectione pœnæ; vel est merè pœnalis, sine obligatione sub culpa; vel denique est mixta, quæ tum sub culpa, tum sub pœna obligat.

Lex purè pœnalis est, cum Legislatoꝝ solum ad pœnam, & non ad culpam obligare intendit. Nam sæpè ad animarum pericula cauenda, expedit in Communitate conscientias non obligari sub culpa, & nihilominus quasdam constitutiones fieri bonæ publici causæ, cum obligatione ad pœnam, vt in Regum Regione fit.

² Culpa interdum strictè accipitur pro defectu coram Deo culpabili Deut. 25. interdum verò latè, pro quocunque defectu moris, saltem politicè culpabili, quamuis nulla præcedente culpa seu peccato, iuxta regulam 23. in 6. *Sine culpa, nisi causa subsit, nemo est puniendus*; Sic prælati Regularibus, Patres filijs, ob delictus regulares, & culpas ciuiles, & domesticas, quibus coram Deo innoxijs, pœnam irrogare possunt communis disciplinæ gratiâ.

Ex grauitate adiectæ Pœnæ mortis, mutilationis, exilij, &c. coniectura sumitur de mente Legislatoris sub mortali culpa obligatis. Exemplum habes in decretis Principum sub pœna corporali ferarum venationem prohibentium. Quod si simplex pecuniaria multa legi adiuncta sit; partim ex materia & fine

lilq; circumstantijs : partim ex verbis legis de mente legislatoris coniectura capienda est. Sic V.C. ex materia & fine legis de tributis principi præstandis, concludit Suarez eam præceptiuam censerî, atq; ob transgressiõem præcepti, pœnam adiectam esse. Contra verò ex materia, fine, & formula verborum colligi potest, tales leges mere pœnales esse; *Si quis deprehensus fuerit frumentum ex prouincia euehere, in tali publico loco venari, ligna cadere, &c. hanc pœnam pecuniariam soluat.*

Leges pœnales non ita interpretanda sunt, quasi 3 earũ transgressores in conscientia obligentur ad pœnam per se ipsos soluendam; seu actiuè exequendã: nã legem humanã oportet esse hominum morib. ac naturæ congruam. Est autem valde alienum à natura & moribus hominum, quod idem cogatur esse reus & iudex, & non raro occulti sui criminis proditor.

Qui commisit crimen læsæ maiestatis, hæresis, 4 &c. ante Iudicis sententiam licitè ac validè bona sua alienat, eã tamen conditione, vt si deinde sententia feratur, quamuis post mortem criminosi, omnia bona à die commissi criminis alienata, fiscus reuocare possit, vnã cum fructibus extantibus, vel quatenus possessor inde ditior factus est.

Debet tamen fiscus emptori precium restituere, si extet, vel quatenus criminosis, cui fiscus succedit, ditior exinde factus est.

Et si aliquis sciens pœnam confiscationis ipso iure ob admissum crimen incursum esse, donationem à criminoso accipiat, non esse obligatum ad bona fisco reddenda, nisi à iudice repetantur.

Leges pœnales interdum ipso facto & ante Iudicis 5 sententiam efficiunt criminosum, inhabilem ad acquirendum, vt edum: sicut videre est in Ecclesiasticis Cen-

Cen-

Censuris, irregularitate, canonicis impedimentis matrimonij, &c.

NB. Bona incerta ex furto, usura acquisita proprijs dominis restitui non possunt. Ea enim pauperibus erogari debent ante omnem iudicis sententiam.

6 Non facile tamen reperietur lex tantâ seueritate obligans, ut criminofus ante iudicis sententiam teneatur positivam pœnalem actionem exercere, abdicando se dominio ac titulo acquisito. Licet enim interdum exprimat, ut V.C. ipso facto pœna privationis incurtatur: plerunque tamen benignior interpretatio adhiberi potest, criminofum non statim excidere Dominio, ante sententiam iudicis.

7 Reus per se ipsum tenetur exequi pœnam honestam, & non minus acerbam, postquam per Iudicis sententiam ad id condemnatus est, V.C. Damnatus ad exilium, carcerem, ad multam pecuniariam quam inde expectare possit, donec exogantur, nisi aliter conventum sit.

Relig. etiam tenentur se flagellare: ratio conclusionis est, quia quisque subditus suo superiori iusta & moraliter possibilem præcipienti obedire debet.

NB. Reus ad mortem condemnatus, debet peccati accidens indirectè cooperari, V.C. ascendere scalas publicè flagellare se non tenetur, quia id nimium natura alienum.

8 Damnatus ad venenum bibendum, parere non tenetur, imo nec posse videtur, nam directa & positiva sui ipsius occisio neque iustè imperari, neque iustè executioni mandari potest. Est tamen contra

uersum inter Doctores Hinc reus se poterit conformare sententiæ probabili.

Damnatus ad mortem inediâ perferendam, non 9
teneatur cibum clam sibi subministratum recusare,
quia nimis difficile est mortem oppetere, si possit li-
berari facile, quamuis possit, ob iustitiæ amorem.
Ratio, quia non actiuè concurret ad mortem, sed ob
iustitiæ amorem fortiter perfert,

Ante iudicis sententiam semper licitum est reo fu- 10
gere, nisi promiserit vel iurarit se mansurum. Ratio,
quia ante latam sententiam nullum reo præceptum
manendi impositum est, ideoque carcer non pœna
sed solum custodia: quare si negligenter custodiatur,
custodum hæc culpa est: Reus autem iure ac libertate
sua utitur.

Etiâ post latam sententiam mortis aut mutila-
tionis, Reus fugere potest, quia cui concessus est fi-
nis, etiâ media necessaria ad finem.

-NB. Religiosus propter votum obedientiæ te-
netur in perpetuo carcere manere.

Reus etiâ post latam sententiam potest vincula
rumpere, & carcere egredi, alij etiâ instrumenta
porrigere, sed non cooperari possunt, ad custodiam
principaliter violandam: quia publicam custodiam
violare per se est res grauis, ac proinde soli reo, ratio-
ne grauissimæ necessitatis declinandæ permissa. He-
rus tamen caprius potest uti famulo suo, tanquam
instrumento, quia quod aliquis per se ipsum, id etiâ
per alium tanquam instrumentum suum efficere po-
test. Nec obstat, quod fuga cessura sit in damnum cu-
stodis: quia reg. ff. 55. *Nullus videtur dolo facere, qui iure
suo utitur.*

Reus mortis etsi fugere possit, non tenetur: quin

H &

& Iudici seipsum sistere, adiustam pœnam patienti-
dam non prohibetur, ob amorem iustitiæ. Nam si
alius iudici suadere potest, aut publica auctoritas
Reo iustam mortem decernat; ita & Reus idem sus-
dere seu petere non prohibetur.

C A P. XVI.

*De lege prohibente vel infirmante pacta, contra-
ctus, testamenta &c.*

1 **L**egislator supremus potestatem habet ex iuris
causa ad bonum publicum pertinente personas
aliquas ad contrahendum, testandum inhabiles red-
dere, item contractus (V. C. matrimonio) certam
formam & solemnitatem præscribere, quæ ad eorum
substantiam pertinere debeat.

2 Interdum lex contractui nec resistit nec assistit, ut
videre est in pacto nudo, ex quo civili iure actio non
conceditur.

3 Interdum lex contractum prohibet, sed non in-
firmat, nec à Iudice infirmandum decernit, *nam mo-
ta prohibentur fieri quæ, si fuerint facta, obtinent firmitate*: Innocent. III. c. ad Apostolicam, de Regul. Di-
citurque tunc contractus validus, sed non licitus. V.
C. negotiatio Clericorum, matrimonium tempore
Interdicti & ante denunciations, & post votum
continentiæ, aut contra fidem priorum sponsalia-
rum.

NB. Si lex Ecclesiastica simpliciter aliquid prohibet,
nulla facta mentione infirmandi non censetur
infirmare (nam actum prohibere, eumque infirmare
diuersa sunt, & inter se separabilia: ergo vnum ex al-
tero colligi non debet, præsertim in materia odiosa)
iuxta reg. 30. in 6. Semper in obscuris, quod mini-
mum

num est, sequimur. Secus est dicendum de lege Imperiali, ob specialem Theodosij constitutionem in leg non Dubium C. de legib. *Nullum pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, qui contrahunt, lege contrahere prohibente: sed hæc ad Canonicas sanctiones non sunt translata.*

NB. Reg. 64 in 6. *Quæ contra ius fiunt, debent utiq; pro infectis haberi.* iudici præscribitur, cuius proinde officium est inspicere, contra quale ius & qua ratione contra illud actum fit; vt intelligat validumne, an inualidum pronuntiare debeat.

Interdum lex contractum aliumve actum, licet 4 per seipsam non infirmet, tamen à Iudice infirmandum decernit, idque ordinariè censendum erit, si lex utatur verbis ad Iudicem propriè spectantibus; rescindatur, infirmetur annulletur.

Interdum lex contractum, testamentum &c. ipso 5 facto & ante omnem aliam sententiam irritum reddi; consequenter Iudici iubet, vt per sententiam ita declaret.

Talis infirmitas contractus, alteriusve actus, sua 6 præ naturâ subsistentis plerumque intelligitur tantum civiliter, vt interim maneat obligatio naturalis per se sufficiens ad transferendum dominium alioque Effectus.

Interdum lex plenissimè infirmata actum, V. C. 6 matrimonium clandestinum; vt nullus inde effectus aut obligatio, ne in conscientia quidem foro, oriatur pari modo lex civilis infirmat contractum pupilli cum tutore initium

Si legislator, cum actum instituit, ve eius exercen- 7 di potestatem primitus confert, formam vel conditionem

H 2 tionem

tionem apponat, cum qua exerceri debeat, censetur forma substantialis Exempl. In formis Sacramentorum ex Christi Domini institutione requisitis; in formis Sacramentalium, pura benedictionum, ab Ecclesia requisitis. Sin verò Legislator formam aliquam procedendi præcipiat observari ab ijs, qui jam antea actus secundum substantiam exercendi potestatem habuerunt, forma accidentalis censeri debet.

- 8 Nisi legislator exprimat, vt tali formâ non observatâ, actus inutilis sit, plerunque tamen id intelligitur, vt requiratur Iudicis sententia, cassantis actum.
- 9 Si actus aliquis (pura Electio, alienatio rei ad Ecclesiam pertinens) sine fraude & iniuriâ vllâ celebratus est, prætermittâ iuris solemnitate, in conscientia iustus est electus, rei Ecclesiasticæ emptor &c. donec Iudicis rescindentis autoritas accedat.

C A P. XVII.

De lege Casarea infirmante ultimas defunctorum voluntates non solemnes.

- 1 **C**iuilium Legislatorum, ultimas minus solemnes voluntates cassantium intentio fuisse videri, illis resistere ciuilitern tantum, relictâ interim ratione naturali, quamuis inefficaci, quippe quæ per exceptionem ciuilibs constitutionis elidi possit.
- 2 NB. Iudex in externo foro hereditatem adiudicare debet ab Intestato, eumque liberum pronunciare à soluendis legatis ex testamento minus solemniter licet certum sit, aliam fuisse testatoris voluntatem. Prob. Iudex non de legibus, sed secundum leges iudicare debet. Imperfectum autem testamentum secundum leges nullum est. §. ex eo. Instic. Quibus modis

dis. *Ex imperfecto testamento voluntatem tenere defuncti nolumus.*

Neque in Conscientiæ foro hæres ab intestato sol-³ uere tenetur legata ex testamento imperfecto, iis semper exceptis, quæ ad pias causas sunt. Nam iudicis sententia, ut iusta sit, non debet repugnare iuri naturali; repugnat autem iuri naturali ea iudicis sententia, per quam hæres in conscientia legata V C. soluere efficaciter obligatus, ita ut nulla exceptione se tueri possit, à solutione liber pronunciaretur. Ergo hæres non est in conscientia obligatus. quare esto hac, generalis regula. Qui in foro externo iustæ & receptæ legis beneficio se tueri potest, quo minus soluat: is neq; in conscientiæ foro de ea re conuentus soluere ex iustitia obligatus est.

Si hæres in testamento minus solèni institutus, vel⁴ legatarius rem sibi relictam sine vi, fraude nactus est, ius retinendi habet donec ciuili conditione indebita ab ipso reperta ur. Ratio, quia manet obligatio naturalis, quæ per se sufficiens est ad dominium transferendum.

Si hæres fateatur suæ fideicommissum à defuncto,⁵ ut hæreditatem vel legatum alteri restituat, ciuili quoque iure ad id cogendum esse: Eademque ratio est, si id per duos testes probari possit.

NB. Leges Cæsareæ testamentis minus solemnibus restant ciuilitè tantum, & non naturaliter.

Idem homo vnus testamenti, tanquam minus so-⁶ lemni cassationem petere, & postea ex alio minus solemnè hæreditatem vel legatum capere non prohibetur, si nihil contra ipsum excipiatur. Hæc enim duo, licet ex diuersis, tamen non oppositis principijs oriuntur. Nam prius illud testamentum oppugna-
H 3 uir,

uit, & cassari fecit, ob beneficium legis ciuilib, quae
 talia testamenta à Iudice infirmamanda decreuit. Ex al-
 tero autem minus solemnè testamento hæreditatem
 aut legatum cepit, secutus voluntatem defuncti, se-
 cundum iuris naturalis æquitatem, si hæres non op-
 posuit beneficium legis rescidentis; quippe quod
 ijs tantum prodesse debet, qui eo vtuntur. Confir-
 matur à Simili. Si minor 25. annis absque tutoris au-
 thoritate contraxit, potest excipere, & opponere be-
 neficium legis ciuilib, quod minus contractum serua-
 re teneatur. Porro si idem homo temporis pro-
 gressu cum ætate maior factus est, similiter contra-
 ctum in eam cum minore, non prohibetur ab ipso pe-
 tere, & accipere solutionem, si is nulla se exceptione
 legis defendat. Ratio: quia Leges ciuiles infirmant
 contractum pupilli, vel minus solemnè testame-
 tum, non omninò auferunt obligationem natura-
 lem, quamuis reddant minus efficacem, dum bene-
 ficium exceptionis tribuunt. Sin verò pars vna
 excipiat, aut opponat, altera iure naturali vti non
 prohibetur.

7 Hæres institutus in testamento minus solemnè
 non potest occulta compensatione vti, si hæreditas
 in externo foro hæredi ab intestato adiudicata est,
 quia fieret iniuria hæredi ab intestato hæreditatem
 iustè possidenti, vt pote per iudicis iustam senten-
 tiam vt ponimus, ipsi adiudicatam.

Quod autem Iudex iustè iudicet, infirmando
 testamentum non solemnè, supra probatum est. Et
 confirmatur; Quia Iudex in quæstione controuer-
 sa, debet sequi consuetudinem seu stylum curiæ, cuius
 consuetudo sit optima legum interpretis, imo stylus
 curiæ ius faciat. Est autem communis praxis tribu-
 nali

nalium, saltem in Imperio, vt testamenta non solemnina cassentur. Ergò id iustè fit, consequenter hæredi ius acquiritur: Interim fateor, si stylus alicuius curiæ esset, vt hæreditas conferretur secundum voluntatem defuncti, etiam ex testamento non solemnini, tunc cessante scandalo, posse institutum hæredem, vel legatarium clanculum accipere, quod sibi voluntate defuncti relictum est; esto, in externo foro id probari non possit. Quia quando in externo foro alicui causa abiudicatur solum propter defectum probationis, tunc pars litigans, si veritatem perspectam habeat, non tenetur se in conscientia conformare sententiæ, nisi propter scandalum vitandum. Alioquin, si causa aperta sit, nullaque probatione indigens, tunc Iudicis sententia, si iusta sit, iuri naturali ac conscientiæ repugnare non potest, vt per se patet. Quamobrem hanc regulam dare possumus. Quod forum externum, si iustum est, non repugnat foro interno conscientiæ, nisi propter defectum probationis, adeoq; per accidens ob ignorantiam.

C A P. XVIII.

De Interpretatione Legum.

NB. **L** Ex alia est Communis (quæ vt i verbis ita & sensu vniuersa complectitur) alia exorbitans (quæ à communi lege ob fauorem causæ, vel personæ, aliquos eximit, diciturq; ius speciale seu priuilegium) alia limitans, (per quam à communi lege exceptio fit, vt in certo casu locum non habeat.) Differt lex limitans ab exorbitante, quod hæc certum personarum genus à lege communi eximat, illa verò à communi iure certū casum excipiat. Alia corrigēs, (per quam ius commune vel in totum vel ex parte simpliciter aboletur.) Nam lex noua veteri derogat, si simul stare nō possunt. Alia lex dicitur fauorabilis,

quæ in personæ vel communitatis fauorem lata. Lex odiosa, (quæ in detrimentum personæ.) Lex pœnalis (quæ pœnam transgressori decernit.) Omnis lex pœnalis est etiam odiosa, sed non è contra.

NB. Sæpè lex pœnalis, quatenus vergit in utilitatem animæ, in fauorem Ecclesiæ, vel boni publici, iuter fauorabiles censerì potest.

Præterea, an lex fauorabilis sit nec ne, id æstimandum debet ex principali intentione Legislatoris, vtrum fuerit, ut alicui gratiam præstaret, licet secundum in alicuius damnum cederet. Nam ex primario finis consideranda est dispositio.

1. Interpretatio est verbi vel sententiæ obscuræ aliud declaratio. Alia insuper est necessaria, alia doctrinalis. Illa vel generalis siue erga omnes subditos quæ pertinet ad Legislatorem vel principem, habet enim & ipsa legis vim: Quare eiusdem est legem authentice interpretari, cuius & condere. l. 9. & seq. C. de legibus. Alia particularis quæ ad inferiorem Iudicem spectat. Nam Iudex est iuris interpret in casibus dubiis. Dicitur autem hæc Iudicialis interpretatio necessaria, quia iuxta eam iudex sententiam fert, & parere oportet, tanquam vim habenti particulari legitimi præcepti. Interpretatio doctrinalis non necessaria, Scholastica, Doctorum propria, quæ consuetudinem adfert, non necessitatem: nisi sit omnium Dd. consensus.

Particularis interpretatio Iudicis est, in ordine solum ad partes: nam alij non tenentur illam sequi.

2. In dubio præsumptio esse debet pro lege communi, quod verò à communi iure deficit, strictè interpretandum.

Correctio legum, quantum fieri potest vitanda.

Nam iura iuribus concordare debent, eorumque correctio, quatenus fieri potest, vitanda. c. cū expediat, de elect. in 6

Exceptio à regula firmat regulam in aliis.

Lex pœnalis & odiosa strictam interpretationem postulat, iuxta in pœnis benignior est interpretatio facienda reg. 49. in 6. & reg 15. in 6. Odia restringi & fauores conuenit ampliari. Ea propter verba legis pœnalis intelligenda sunt cum effectu, V. C. si censura Canonica, vel irregularitas homicidæ decreta sit, eam non incurret, qui occidendi proposito facinus aggressus est; nisi effectus mortis sequatur.

In legum interpretatione potius adhærendum menti, quam verbis legislatoris. Ratio, quia mens & voluntas Legislatoris est veluti spiritus & anima legis, vnde omnis vis obligandi per verba tanquam signa instrumentalia prouent. Porro mens & voluntas Legislatoris, partim ex materia Legis, partim ex circumstantiis, præcipuè verò fine, causa, siue ratione legis ferendæ intelligi poterit, iuxta reg. 68. in ff. quous idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum accipietur, quæ rei gerendæ aptior est.

Indubio verba legis, alteriusue dispositionis accipi debent secundum communem acceptionem, quæ etiam proprietati præferenda est.

Propria verborum interpretatio eligenda potius quam impropria, nisi ad hanc recurrere necessitas cogat, aut recepta consuetudo aliter legem interpretetur, aut si significatio verbi propria absurditatem contineat, aut si de mente Legislatoris aliunde certior coniectura accipi possit, aut si lex secundum propriam verborum significationem repugnaret aut derogaret antiquioribus iuribus, tunc ad impropriam significationem trahenda est.

H 5 Lex

7 Lex generaliter vel indefinitè loquens omnia significata propria comprehendere censetur. Nam *verba generalia generaliter accipiēda sunt*. l. i. ff. de legat. præstandis; Et, *vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus* ait Bartolus in l. de pretio. ff. de publiciana, &c.

NB. Enunciatio indefinita in communi locutione æquiualeat vniuersali.

8 In materia fauorabili ac nemini præiudicante nisi quid obstat, ultra communem & vsitatam verborum acceptionem interpretatio fieri potest. V. C. Statutum de filiis comprehendit quidem etiam filias; quia vox filiorum pro vtroque sexu accipitur; non tamen nepotes, neque filios adoptatos.

NB. Vocabulum mors apud iureconsultos etiam accipitur pro morte civili; nomen filii pro adoptiuo & legitimo pro legitimato.

9 Interdum lex ultra verborum significationem rationis identitatem extenditur ad alios casus & personas; si præsumi possit, Legislatoris mentem fuisse eos etiam comprehendere, modo ratio, quæ mori Legislatorem etiam ad id, quod in lege suo expressè statuendum, adæquatè siue per omnia etiam loca habeat in aliis casibus per verba non expressis.

NB. Talis extensio ob similitudinem rationis fieri non debet in legibus odiosis, nisi necessitas cogat ad seruandam instantiam legis.

10 Statutum de vno correlatorum censetur etiam statutum de altero. Vt si pœna aliqua Canonica vel civilis vxoricidio decreta sit, eam etiam vxor incurreret, si maritum occiderit. Item si lex disponat, vt maritus succedat vel non succedat in bonis vxoris, idem quoque interpretandum est de vxore.

re, vt succedat vel non succedat in bonis defuncti mariti.

NB. Quando 2. iniure æquiparantur, quod de vno constituitur, de altero etiam constitutum cense-
tur. Sic V.C. Excommunicationem canonis, latam
contra Clericorum percussores, incurrit etiam man-
dans ob iuris æquiparationem. Cum quis per ali-
um facit, perinde esse, ac si ipsemet faciat, etiam ra-
ti habens, quia rati habitio æquiparatur man-
dato, iuxta reg. 10. in 6. *Rati habitio nem re-
tro trahi; & mandato non est dubium compa-
rari.*

Lex interpretans non minus obligat, quàm in-
terpretata. Nam licet Princeps interpretando le-
gem anteriorem, eius sensum non assequatur, ta-
men autoritas interpretantis defectum supplet: si-
quidem lex interpretans non minus obligat, quam
interpretata. Iudex verò quilibet à publica potesta-
te, ipsoque principe in mandatis habet, vt, quam fie-
ri potest, conformiter legibus sententiam proferat.
Quapropter, si lex suppetat, per quam controuer-
sia exprimitur, ac deciditur, secundum illam iu-
dicare tenetur. Sin lex talis non suppetat, à simi-
libus ad similia procedere debet. iuxta l. 12. ff. de
legibus. Non possunt omnes articuli sigillatim aut
legibus aut Senatusconsultis comprehendere; sed cum
in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is qui
iurisdictioni præest, ad similia procedere, & ita ius
dicere debet.

NB. In iis, quæ sunt subordinata, tanquam perfe-
ctum & imperfectum, vel tanquam totum & pars.
Extensio etiam fieri debet ad casus non expressos,
iuxta reg. 53. in 6. *Cui licet, quod plus est, licet
vtrique*

utiq³ quod minus est. & reg. 80. eod. In toto partem non est dubium contineri, quare cui testamentum facere concessum est, ei etiam codicillus: Contra cui codicillum prohibitum facere, eidem multo magis testamentum. Item, cui tempore Quadragesimæ esset carniū permissus est, ouorum quoque permissus censetur. Nam concesso Principalī, conceduntur etiam accessoria.

CAP. XIX.

De restrictione legis secundum æquum & bonum.

Æquum & bonum opponitur iuri stricto, ut bonum proprietati tenaciter adhæret: de quo sermo Reg. 90. ff. In omnibus, maxime tamen in iure, æquitas spectanda est. Hinc illud enatum, *Summum in summ a iniuria.*

Æquum & bonum, siue epieikeia est emendatio iusti legitimi: dicit enim aliquem casum à lege propter æquitatem excipiendum esse, qui alioquin verbis vniuersalibus legis comprehenderetur. Æquitatis enim ratio interdum dicitur, concurrente aliqua circumstantia, contra verba legis agendum esse; quod uis non contra mentem Legislatoris: quippe Legislator, si interrogatus fuisset, utrum ad hunc quoque eventum legis suæ obligationem extendi vellet, utique negasset: vel nunc quoque, si adesset idem diceret. Consentit S. Thomas definiens, quod epieikeia siue æquitas sit correctio legis, ubi deficit propter vniuersale. V. C. si lege civili cautum sit, ne ciuitatis portæ aperiantur, aperiri tamen possunt ac debent, et casu, quo ciues, hostium imperum fugientes, ad ciuitatem se recipere cupiunt. Et lex Ecclesiastica de ieiuniis

ieiunio, omnibus Christianis adultis vniuersaliter posita, non obligat infirmos, aut periculo infirmitatis obnoxios, si ieiunarent.

NB. In legibus obligantibus potius, quam infirmantibus epieikeiæ locus est, nisi de voluntate Legislatoris ex aliquo signo constet. Sic enim testamentum non valet coram 3. testibus, etsi in aliquo casu, lege aut voluntate Principis non excepto, plures haberi non potuerunt: nec valet matrimonium sine Parocho & testibus, celebratum tempore pestis, etsi ii interesse non potuerint. Quæ eiusmodi leges præscribunt formam substantialem: sine substantia autem actus subsistere non potest. Deinde ad vitandas fraudes interest Reipubl. ita obseruari, posthabito particulari incommodo per accidens aliquando interueniente.

Si manifestum sit, casum aliquem, ob speciales 3
circumstantias, à lege generali excipi oportere, interpretatio talis à quouis fieri potest.

NB. Si concurrant duo præcepta, quæ simul seruari non possunt, posthaberi debet minus, V. C. Ecclesiastica legi diuinæ & naturali. Deinde si legis obseruatio à maiori bono altioris virtutis impediatur, sic V. C. Missa die festo omitti potest, vt proximo ægro-
tanti subuenias.

In dubio. Vtrum lex in particulari casu per epieikian cesset, Princeps consuli debet, iuxta l. i. C. de legibus, vbi Imperator ait; *Inter aequitatem, eiusq; interpretatam interpretationem, nobis solis, & oportet, & licet inspicere.* 4

Qui excusatur ab eo, quod in præcepto accidentale est, debet tamen obseruare principale, si possit. 5
Ratio. Quia principale non trahitur ab accessorio.

V. C.

V.C. qui ob profectionem, negotium vel infirmitatem in die ieiunii cogit ut pradium anticipare, debetis deinde nihilominus ieiunium seruare si possit. Quia determinatio temporis, secundum consuetudinem quã hodie vtimur, prandedi circa meridiem, vel hora ante meridiem, videtur esse tantum accidentale, vel saltem secundarium requisitum ad ieiunii formam. Aliud exemplum habes in eo, qui die festo ad vnicam eius loci Missam accessit, cum iam præfatio cœpta est, debet is quod reliquum est missæ, audire: nam quæ à consecratione vsque ad sacerdotis communionem peraguntur, propriè & substantialiter ad sacrificium Missæ pertinent, reliqua verò quasi accidentariè annexa sunt. Si autem circa præfationem discedere debeas, & quod principale est sacrificii negligere, non peccabis, etsi totam Missam intermittas: quia destructo principali, destruitur etiam accessorium.

6 Si præceptum sit de re indiuidua, qui excusatur a parte eius substantiali excusatur à toto, nisi pars præcepti, quæ seruari non potest, exigua sit: eam autem voco partem indiuiduam in cuius parte substantiæ præcepti seruari non potest, consequenter si vnam partem substantialem præcepti auferas, totum corruit. Exemplum habes in eo, qui præuidet, se debere in die ieiunii, post meridiem, binam refecturam capere, is etiam mane ientaculum accipere non prohibetur. Deinde qui vouit se rosarium vel speras oraturum, & non potest orare totum, excusatur etiam à parte.

Quod si pars præcepti, quæ seruari non potest exigua sit: vt qui reliquum obseruat, censetur etiam moraliter implere præceptum, quoad substantiam

Tunc
in præ
tem il
moria
uiario
mnes
respon
dos, q
Aliud
num;
eam p
detur.
manè
ieiunan
offula
go, quo
nat, i
tur.

Si pr
vna eius
pe in qu
C. Sa
recitan
horas p
infirmi
non pe
abstine
uidua
Vtile pe
Docto
possit.
Qui ob
ma à iei

Tu

Tunc autem exigua & non notabilis videri debet, in præceptis sub culpa mortali obligantibus, si partem illam culpam omittendo & reliquum seruando, mortaliter aliquis peccaturus non sit, V. C. Qui breuiarium suum amisit, in matutinis alicuius feræ omnes Psalmos memoriter sciat, sed tres lectiones cum responsoriis nesciat, obligatur ad Psalmos recitandos, quia tunc pars, quæ omittitur notabilis non est. Aliud verò dicendum de matutinis nouem lectionum; quarum omissio notabilis censetur, quare qui eam partem recitare nequit à toto excusatus esse videtur. Item qui ieiunium seruare non potest, nisi manè offam comedendo: is de cætero, si certus sit, se ieiunare posse, tenebitur: nam frustillum panis aut offula exiguam ieiunii violationem esse inde colligo, quod qui sine causa ita violat, & de cætero ieiunat, mortalis peccati damnari non posse videatur.

Si præceptum sit de re diuidua, qui excusatur ab vna eius parte, debet tamen seruare alteram, quippe in qua præcepti substantia consistere potest. V. C. Sacerdos qui ob aliquam causam impeditur à recitandis Matutinis, tenetur nihilominus recitare horas paruas & vespertas, si possit. Item, qui ob infirmitatem, aut corporis labores vna refectione non potest contentus esse, debet tamen à carnibus abstinere: quia hæc duæ partes ieiunii inter se diuiduæ sunt. Hinc hic locum habet reg. 37. in 6. *Vtile per inutile non debet vitari*: quam Regulam Doctores intelligunt, si vtile ab inutili separari possit. Nam alioquin vitato vno, vitatur totum. Qui ob aliquam causam maiore parte quadagefimæ à ieiunio excusatur, tenetur nihilominus iis diebus ieiua-

7

bus ieiunare, quod ratio excusationis manifestò cessat, nam præceptum Quadragesimæ, item Canonici officii habet partes inter se diuiduas, in quibus singulis ratio Ecclesiastici ieiunii, abstinentiæ, vel canonicæ orationis seruari potest. Dixi, si manifestò cesset. Nam si certus aliquis sit adesse impedimentum excusans à maiore parte officii canonici, aut Quadragesimalis ieiunii; dubitet verò, quoties in hebdomada ieiunare, aut quantam officii partem in læsione corporis persolvere possit; tunc episcopus dictabit, quod pars certa trahat ad se partem minorem incertam, hominemque omnino exoluat obligatione legis: cum alioquin propter dubium, scripturorum & anxietatis materiam oriri per facile esset.

CAP. XX.

De Excusatione ob Ignorantiam.

1. **P**ROBABILIS ignorantia non solum à culpa excusat, ut supra prob. tr. 2. cap. 4. Sed etiam à pœna; ratio sumitur ex cap. 2. de constit. *Rem, qua culpa caret, in delictum vocari non conuenit.* Nam pœna decernitur ob culpam: Ergò cessante culpa, ut causa, cessare debet & pœna ut effectus, siue reatus pœnæ.
2. Ignorantia crassa seu supina non excusat à pœna legis, etiam graui; cum neque à mortali peccato excuset.

NB. Si tamen pœna decreta sit scienter; ac tamen peccantibus, non comprehenduntur delinquentes ex ignorantia nisi affectata sit.
3. Ignorantia vincibilis, non crassa, excusat à pœna ordinaria graui. Nam sicut illa grauitatem culpæ minuit, & venialem efficit; ita etiam æquum est, ut pœna min

nam minuat. Quare iudex in tali casu vel veniam delicti dare, vel etiam mitiorem pœnam imponere debet.

Qui post diligentem inquisitionem speculatiuè 4 dubitat, vtrum lex vel præceptum impositum sit nec ne; interim obligatione immunis est. V. C. si quis in syluis constitutus dubitet, vtrum lex Ecclesiastica exierit, de alicuius diei ieiunio, & netminem habeat, ex quo intelligere possit, is ad ieiunium non tenetur. Ratio. Nulla lex aliquem ad sui obseruationem obligat, si sufficienter ipsi proposita & cognita non sit, atq; per ipsum non stat, quominus cognoscatur. Nã tali casu est inuincibilis ignorantia, atq; à culpa excusat. Sed quando aliquis post diligẽtem inquisitionem dubius manet, tunc legem non habet sibi sufficienter propositam & cognitam, ideoq; inculpatè ignorat. Ergò licet abstractè & speculatiuè dubius hæreat de legẽ, in particulari tamen ac practicè certus est, se eã non obligari. Confirm. In dubio melior est conditio possidentis; quamdiu autem inuincibiliter ignoras, vtra lex lata sit, manes in naturali possessione liberæ voluntatis. Ergo: Idẽ sentiendũ de dubio cõtractus inter Doctores, vtrũ licitus sit nec ne.

Si constet de lege lata; dubium vtrũ sit, vtrum abrogata, vel obligatio eius cesset, tutior pars eligenda est, & secundum legem operandum. Ratio, quia cũ semel constet legem positam fuisse, præsumptio ac veluti possessio stat pro lege; vt si quis cõtra eam excipere velit, probandæ exceptionis necesse sit ipsi incũbat. Similiter se res habet in obligationib. ex cõtractu: Si n. certus sim debitore me fuisse, dubitem vero de causa excufante à solutione, nihilominus soluere cogor,

I

Tamen

Tamen si quis re diligenter consideratâ, notî o
 nino ambigat, sed probabilius arbitretur, quam
 non sine formidine oppositi, se ob aliquam causâ
 à legis obseruatione excusatum, tum locum fore
 eikîæ, vt practice iudicari possit, se tali casu legis
 ligatione solutum. propterea, quod in moralibus
 bi certitudo haberi non potest, sufficit se qui
 cium probabile.

- 6 Qui preuaricatur legē, quam latâ esse nō igno
 licet ignoret pœnâ annexâ, nihilominus efficitur
 us pœnæ. Excipe primò; censurâ Ecclesiasticâ, qua
 nemo incurrit, qui ignorat ob delictū annexâ
 modi pœnâ. Excipe secundo: Nisi pœna sit admo
 I g' auis, & plus quâ delictū mereatur. v. c. si peregrin
 transiens regionem, in qua seuerissimè prohibita
 venatio ferarū, ille verò nesciat violâs, nō videtur
 sciendus tanta pœna: sciens quidē prohibitionē
 ignorâs pœnæ gravitatē; cū in sua regione & spect
 rei natura non ita grauer puniri soleant tales.

Ignorantia facti excusat, non iuris (reg. 13. in 6.) in
 ligitur secundum forum externum, vbi ignorat
 iuris communis & publici ferè non præsumitur,
 ab allegâte probari debet, Propria scientia se in
 ctum non fuisse, neq; Iureconsulti consilium se
 fuisse, iuxta 1. regula, § sed iuris, ff. de iuris & facti
 ignorantia. Deinde excipe militem; arma enim
 gis quâ iura scire legislator existimat. Deinde mi
 rem 25. annor. cui ob imbecillitatem venia datur.

NB Facti ignorantia (puta alieni) præsumitur, vbi
 entia non probatur reg. 47. in 6. nisi vel publicum
 notorium factum sit, vel eius scientia ex officio al
 incumbat arg. c. innotuit de elec. & ca. quamuis
 reg. iuris vbi S. Greg. ait: Non potest esse pastoris
 cutatio, si lupus oues comedit, & pastor nescit.

Facti ignorantia nisi crassa sit, tam in commodis
quam damnis excusat etiam in foro conscientiae v. c. **7**
cum quis ius ignorans indebitam (civiliter, debitam au-
tem naturaliter) *pecuniam soluerit, cessat repetitio*. Velu-
ti, si hæres per iuris ignorantiam legata soluit ex te-
stamento imperfecto; vel non detracta Falcidia, or-
dinariè dignus non censetur, cui iuris beneficium
prodesse debeat. **Quicumque** autem ex facti ignoran-
tia, non supina, indebitum civiliter soluit, v. c. quia i-
gnoravit testamentum imperfectum esse, solutum
reperere potest. Quod si verò aliquis ob ignorantiam
sive iuris sive facti, soluisset quod suum erat, nulloq;
iure alteri debitum, illud haud dubie, tanquam inde-
bitè solutum, condicere poterit: nam *locupletari non
debet aliquis cum alterius iniuria, sive iactura*. reg. 48,
in 6.

CAP. XXI.

*Demutatione, derogatione, abroga-
tione legis.*

L Ex perpetuò durat, quamdiu legitima authori-
tate non tollitur: tollitur verò legitima au-
thoritate nam res omnis per quascunq; causas nasci-
tur, per eandem dissolvitur. cap. 1. de reg. iuris. Porro
legi derogatur, cum pars eius detrahitur, abrogatur
cum totum tollitur.

NB. Si statutum concernens factorem aliorum aut
publicum, à superiore confirmatū sit, non posse de-
inde ab inferioribus, qui illud statuerunt, infringi;
quia superior illud confirmando fecit quasi suū, sin ve-
rò statutū à superiore confirmatum est in gratiam sta-
tuentium; tunc possunt recedere: illique perinde at-
que alteri gratiæ seu priuilegio renunciare. Secundò
cessat

cessat lex ob mutationem obiecti siue causæ, propter quam lata est.

- 2 Posterior principis constitutio derogat priori, quatenus ei contraria est, licet verbis expressis nulli eius mentio fiat. Excipiuntur tamen decreta Concilii generalis, quibus posteriore lege contraria derogatum non censetur; nisi clausula derogatoria expresse adiiciatur.

- 3 Cessante vniuersim totali causa legis, per se ipsam cessat lex. Sumitur ex c. cum cessante, de appellat. vbi dicitur, *cessante causa cessat effectus*. Confirmatur, quod sicut lex ab initio non subsistit, si sine ratione lata sit, ita etiam postea desinit, desinente ratione eius, quod quidem tunc eius observatio inutilis atque superuacanea esse incipit, iuxta Heb. 7. *Reprobatio fit propter inuitiam mandati (Mosaicæ) propter infirmitatem eius inuitiam*.

Dixi in assertione. Cessante causa totali: Nam partialis tantum causa cesset, fieri potest, ut perseueret altera causa, quæ sufficiens sit ad conseruandam eius obligationem. V. C. Lex tributi ciuibus indicta, cum hostes ciuitatē oppugnarent, nō penitus cessauit, et si hostes adesse desināt, dum periculū ab hostibus vel aliæ iustæ causæ exigendi tributi permanent.

Secundo dixi, Cessante causa vniuersim: Nam cessante causa legis in particulari homine, non idem eius obligatio desinit. V. C. Si ciuibus interdictum armorum vsus ad vitandas rixas, fas non erit ciui, quod ob senectutem à pœna alienus est, arma prohibita gestare; quia inter est boni publici, ut leges communes, ab omnibus communiter obseruentur, quamdiu non occurrat aliquod impedimentū contrarium, quod per epikeian excuset.

NB. Si

NB. Si lex plures in se contineat partes, quarū altera ab altera separari non potest, tunc cessante ratione vnius partis, perseverat lex secundum alterā. Ratio, quia *utile per inutile non debet vitari.* reg 37 in 6.

Lex in præsumptione fundarata, cessat obligare, si de contraria veritate cōstet. Cedit enim præsumptio veritati arg cap. super hoc. de renunciat. Porro ea lex in præsumptione fundari dicitur, cuius formale motiuum, & intrinseca obiecti cōditio est præsumptio alicuius rei; siue per quam Iudici præcipitur, vt in omnibus occurrentibus casibus, ex tali præsumptione, quam ipsemet lex facit, talem sententiam ferat. V. C. Spōsalia de futuro, secutā copulā, in matrimonio transisse cēsentur ob iuris præsumptionem, sponfos non animo fornicario, sed coniugati coniunctos fuisse. Quo tamen nihil obstante, si sponsus sciat, falsam esse hanc iuris præsumptionem, animūque sibi non fuisse in matrimonium consentire, ideoque aliam postea vxorem duxerit, priore sponsa, quamvis per iniuriam sp̄ieta, hoc casu non prius falsa præsumptione nixū, sed posterius matrimonium constabit. Quod adhuc hodie seruari debet iis locis, quibus Trident. receptum non est.

Aliud exemplum Nauarrus adfert. Licet excommunicentur ii Christiani, qui Sarracenos, &c. deferunt arma, ferrum, quibus Christianos oppugnant, & verò præsumptio esse soleat, talia ipsis subministrari cum nocimento Christianis inferendo: Si tamen certò constet, ministranti Sarracenum, vel Turcam non ad bellicos vsus, sed V. C. ad ædes priuatas fabricandas petere, contra legem Ecclesiasticam non peccat, ideoque nec excommunicationem incurrit.

Dispensatio est relaxatio legis, publica auctoritate facta. Est actus iurisdictionis, distinguitur i. ab absolute, v. c. à censura: nam per hanc non relaxatur vinculum legis, sed alterius obligationis. distinguitur ab epikeia; quia per hanc obligatio legis non tollitur aut relaxatur, sed declaratur per se ipsam cessare: dispensatione autem relaxatur lex alioquin obligatura.

NB. 1. Quod in legem divinam non cadat dispensatio, quia inferior (homo) non potest tollere, vel relaxare legem superioris, id est, Dei.

NB. 2. Licentiam dare non est dispensare. V. C. Pœnitens licentiam dā loquendi extra confessionem non dispensat, sed apposita conditione, mutatur obiectum legis, ut ea per se ipsam cesset.

Dispensatio distinguitur etiam à derogatione legis & abrogatione, quia per dispensationem relaxatur solum obligatio legis, respectu certæ personæ et temporis. Per abrogationem verò & derogationem lex tota vel pars uniuersim tollitur.

2. Potestas dispensandi alia est ordinaria, alia delegata. Illa in primis Legislatori competit: nam *legem est ligare & soluere*. Secundò eius successor: *Nemo par in parem non habet imperium*. c. in nouit, de elect. Successor autem & antecessor sunt pari potestate præditi. Ergo. Tertio Legislatoris superiori.

Papa in omni iure Ecclesiastico tam uniuersali quam particulari dispensare potest, etiam in Apostolicis canonibus, conditis ab Ecclesiæ præsidibus, v. g. ieiunio Quadragesimali, obseruatione Dominicae

Non item in canonibus, quos à Christo authore acceptos, vti ministri Ecclesiae promulgârunt ac traderunt, v.c. de baptismo paruulorum, baptizatis confirmandis, consummati matrimonii indissolubili vinculo, suffragiis mortuorum.

Episcopus in lege Ecclesiae vniuersali iure ordinario dispensare non potest (ratio, quia inferior nõ dispensat in lege superioris) Attamen in dubio, vtrum res egeat dispensatione, declarare potest non egere.

Episcopus dispensare potest in lege generali, si facultas dispensandi generali lege illi concessa. Talis enim potestas concessa transit in ordinariam: cū non personis, sed officio & dignitati conferatur. 2. Si legitime consuetudine præscripta dispensandi facultatē comparatit 3. Si in casu necessitatis ad S Pontificem non facilis sit recursus, v.c. in votis religionis propter graue incontinentiae periculum. Et in matrimonii impedimento alioquin dispensabili, si matrimoniū bonā fide contractum, separatio autem sine graui incommodo fieri nequit; non autem in matrimonii impedimento dirimente, nondum in facie Ecclesiae contracti. 4. In materia leui aut frequenter occurrente, v.c. circa festa, ieiunia: cum vero simile nõ sit principem velle, vt in rebus parui momenti, aut frequenter contingentibus, multoties ad ipsum curatur.

Supervotis ac iuramentis Episcopi iure ordinario cum subditis suis dispensant. Quia talis dispensatio, ob frequentem eius necessitatem omninõ ordinariis conuenit ad salutem animarum. Parochis verò iure ordinario non conceditur facultas dispensandi, nisi speciali consuetudine qb remotos Episcopos, quod accidere potest in Germania nostra.

I 4 Delegata

6 Delegata potestas dispensandi, alia est à iure, quae si in perpetuum concedatur, non annexa personae, sed officio aut dignitati, æquiparatur ordinariæ, aut est ab homine, per modum puræ commissionis in fauorem certæ personæ; cuius dispensationis ea natura est, ut delegante mortuo aut deposito expiret commissio, si res integra est, siue causa executioni nondum maderi cœpta; vel est ab homine per modum gratiæ in fauorem delegati, quæ si absolute conferatur, non expirat morte concedentis. *Decet enim concessum à principe beneficium esse mansurum, reg. 16. in 6.*

7 Dispensatio interdum expressè fit per verba, & interdum tacitè per factum, quo dispensandi voluntas significatur; est eiusdem virtutis cum priori, quæ *taciti & expressi eadem est virtus.*

8 Rati habitio de præterito non sufficit ad valorem dispensationis, vel collatæ rursus dictationis, sed necessaria est scientia eius quod agitur: qui enim nescit, utique non consentit. Hinc si sacerdos iurisdictione carens à peccatis absoluat, eò necessitatis casu, quem ordinarius sciret, haud dubiè iurisdictionem conferret, absolutio irrita est, neque subsequente ratificatione conualescit, ut dicam lib. 5. tract. 6. cap. 10. numero 1012.

NB Cum hodierno iure iurisdictionis seu potestatis audiendi confessiones sacerdoti committi non potest, nisi prius ab episcopo approbatus sit, consequens est, si parochus exponat Confessarium ab episcopo non approbatum, prætextu rati habitiois vel approbationis postea conferendæ, nihil effici. Excipe nisi hoc postremo casu communis probabilis error, in locis ubi res gesta est, accedat: Nã *error communis, cū titulo præsupposito, (NB. non debet esse intrusus) ius facit iurisdictionem.*

nemq; tribuit et si oculi ū subfit impedimentū, ex iure positi-
uo (nam si iure naturali vel diuino, nō erunt valida a-
cta, V.C. si Parochus Diaconū confessariū *proueniēs*,
V.C. Si à Papa, vel Episcopo, vel Parocho alicui bo-
na vel malā fide commissa sit iurisdictio in foro ex-
terno vel interno; qui ob impedimentum publicē i-
gnoratum iurisdictionis incapax est, omnia illius a-
cta valent, etiam paucorum respectu, qui impedi-
mentum cognitum habent. Ratio est, quod ad vi-
tanda scandala, & graua Reipublicæ incommoda
Princeps vniuersali iure ac voluntate, non obstante
tali defectu occulto, agendi potestatem conferre vi-
deatur.

NB. Sacerdos excommunicatus denunciatus, si
alibi, vbi non constat, parochiam administret, o-
mnia ipsius acta valent.

Dispensatio iusta est, quæ cum causæ iustæ cogni- 10
tione fit, & hæc interdum debita; cum vel legis præ-
ceptum, vel publica vtilitas, aut necessitas homini
priuata eam conferri postulat. Interdum verò ne-
debita, sed permessa, ob misericordiam, pietatem.

Questiones de Dispensatione.

SI Inferior sine iusta causa in lege superioris di- 11
spensat, irrita est dispensatio. Ratio, quia delega-
tus si excedat limites commissæ potestatis, nihil ef-
ficat.

NB. Dispensatio facta à Papa in voto vel iura-
mento sine iusta causa irrita est. Ratio, quia talis di-
spensatio est in iure superioris Dei: non est autem
credibile Deum commisisse suo in terris vicario po-
testatem temere & sine causa relaxandi vota. Effet
enim hæc potestas non dispensandi sed dissipan-
di:

di : non ad ædificationem sed ad destructionem.

- 12 Qui sine iusta causa ac temere dispensat in lege superioris, item qui tali dispensatione utitur, peccat mortaliter, si lex, in qua dispensatur sub mortali obliget.

NB. Valida est dispensatio, modo iusta causa subfit, Prælato eam non agnoscente, etiam si Prælati probabiliter arbitretur esse iustam causam dispensandi, etsi errare contingat, valet tamen dispensatio propter præsumptam voluntatem superioris. Idem intellige de dispensatione in votis & iuramentis bonâ fide concessis. Porro si subditus bonâ fide dispensationem perat, & legitimè illi collata, ^{utatur} tunc est in conscientia, donec contraria veritas appareat. In foro autem externo, si dispensatio proprio mortali Superioris sit data, habet illa præsumptionem iuris & de iure fuisse idoneam causam, quod si ad instantiam partis fuit data, quia odiosa, incumbit illi probatio in dubio, in quo dispensatum est.

- 13 Si superior in propria lege dispense, absque iusta causa, V.C. in ieiunio Quadragesimali, valet dispensatio : quamvis ipse & qui utitur tali dispensatione venialiter peccent. Ratio prioris, quia Legis obligatio necessariò pendet à voluntate superioris. Ergo si is aliquem à Communitate nolit obligare, cessabit obligatio. Posterius prob. quia est contra legem naturæ, peccato singularitatis & insolentiae et genere suo veniali, turpis enim est omnis pars suo universò non congruens. Esset tamen mortale, si graue detrimentum inferretur Reip. V.C. Si vnus sine causa eximetur tributo, & alius nimis grauaretur.

Si causâ

Si causa dispensandi tempore datarum literarum ¹⁴ adfuit, non item : cum à Commissario dispensatio facienda est non potest eam executioni mandare. Ratio, quia cessante causa finali mandati, cessat mandatum si res integra sit. V. C. Si Caia dotis ob Paupertatem defectu, item susceptione prolis ex consanguineo à Papa postulauit dispensationem, super impedimento consanguinitatis: Papa commisit Ordinario, vt, precum veritate inspecta, cum Caia dispense, sed ante executionem proles moriatur, aut Caia hæres ab extraneo instituat, non potest tunc Ordinarius cum' ipsis dispensare.

NB. Quod si tempore conferendæ dispensationis seu exequendæ causa subsistat; sed non constiterit tempore impetrationis, seu datarum literarum, quæ postulatio fraudulosa ac subreptitia fuerat, non potest fieri dispensatio vel executio à Commissario, ratio ex iuris reg. 18. in 6. *Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit* : tum ex verbis, quibus commissio fieri solet, *precum veritate inspecta*.

Si causa dispensandi subsistit, cum dispensatio facta ab ordinario, intrinsecum effectum consecuta est, nihil interest, etsi postea causa cesset, V. C. Si cum aliquo dispensatum fuit in matrimonio, (vel super voto continentiæ) causa legitimationis prolis, & postea facta dispensatione proles moriatur, non reuiuiscit impedimentum, aut obligatio voti: quia per dispensationem, causa iusta subsistente, & extinguitur obligatio legis: ergo postea reuiuiscere non potest, nisi per aliquam causam moraliter efficientem: quæ

quæ in proposito casu nulla assignari potest. Confir-
m. ex reg. 73. in 6. *Factum legitime retractari non de-
bet, licet casus postea eueniat, à quo non potuit inchoari.*

- 16 Priuilegia & dispensationes, quæ tractum succes-
suum habent, cessante causa finali, pariter cessant.
Quare, si Papa cum infirmo absolutè dispenseret in le-
ge ieiunij, ille autem præter opinionem vires integre
recuperet, tenebitur postea ieiunio. Nam sicuti ob-
ligatio Ecclesiasticorum ieiuniorum successiuo tem-
pore oritur, ita etiam decens est, vt dispensatio libe-
rationem à ieiuniorum lege successiuè operetur,
dum causa subsistit. Et hæc mens Pontificis, qui
nunquam præsumendum est peccatum, peccasse
autem Pontifex, si aliquem exemptum voluisset à le-
ge, etiam eo euentu, quo omnis causa exemptionis
cessat.

NB. Si cum aliquo in voto Continentiæ abso-
lute & illimitatè dispensatum fuit, intelligitur ad omne
legitimum matrimonium. V. C. Si dispensatio alicui
ob difficultatem continendi, matrimonium ineun-
di, data sit, tunc etsi nuptiæ, quarum contrahenda-
rum causa dispensatio petita fuit, post dispensatio-
nem impediuntur, poterit aliud matrimonium con-
trahere.

- 17 Rescripta Principum alia sunt gratiæ, (cuius Spe-
cies dispensatio) obtenta per subreptionem, ipso iu-
re irrita sunt: alia iustitiæ siue ad lites, quæ non ante
consentur irrita, quam ab aduersario per exceptio-
nem allegatæ subreptionis elidantur: ratio, quia li-
cet rescriptum iustitiæ ex errore promanet; cum ta-
men versetur tantum circa media siue modum liti-
terminandæ, potest nihilominus causa iustè termi-
nari. At verò rescriptum gratiæ cum versetur circa fi-
nem

nam videlicet gratiam obtinendam, si ex errore promanet, euertitur omnino principalis intentio concedentis.

Taciturnitas qualitatis, cuius expressionem ius^{i 8} vel stylus Curiae specialiter requirit, gratiae rescriptum subreptitium reddit, esto Princeps etiam expressa illa gratia concessurus fuisset. Ratio, quia expressio talis qualitatis requiritur tanquam forma postulatiois. Quae propter vitiabitur etiam dispensatio, licet qualitas, de iure simpliciter exprimenda, ignoranter omissa sit: cum enim omittitur forma vel conditio sine qua non, coarctat actus, et si ignorans talem conditionem requirit, à culpa excusetur.

NB. Impetratio dispensationis super impedimento matrimonij intra gradum prohibitum, nulla facta mentione antecedentis copulae incestuosae, subreptitia est. Ratio, Quia stylus curiae, qui ius facit, ita obseruat, & Cardinalium Congregatio declarat. Si tamen incestus occultus sit, poterit à Sacra poenitentiarum dispensatio impetrari, facta interim mentione, quod super publico impedimento consanguinitatis dispensauit summus Pontifex, quia dispensatio impetrata à Papa in foro externo publicari debet.

NB. Paterea si iura speciatim prohibeant, ne aliqua casu vel circumstantia concurrente, dispensatio concedatur: talis enim circumstantiae taciturnitas dispensationem vitiabit. V. C. Qui dispensationem petit super impedimento intra gradum prohibitum, posteaquam matrimonium ita inualide contrahere vel etiam consummare praesumpsit, (etiam sub spe impetrationis) tenetur temeritatem istam explicare. Intellige, si vterque ita temerariè processit:

fit:

fit : sin verò alter culpâ caruit , non debet spe dispensationis carere : ne innocens ob culpam nocentis plectatur.

- 39 Rescripta gratiæ subreptitia censentur , quæ per taciturnitatem veri , per se & intrinsecè ad rem pertinentis, obtenta sunt; si Princeps, eâ veritate expressâ non concessisset, vel saltem tali modo non concessisset, sed cum adiuncta conditione. Ratio, quia concessio gratiæ pendet à voluntate concedentis. Ergo quando præsumi potest, si totum vinculum , seu dispensandi facultas , ad rem intrinsecè pertinens ostensa esset; quod Pontifex tali modo dispensandi animum non habuisset. Consequenter etiam præsumi debet, tali veritate suppressa, irritam esse dispensationem quippe inuoluntarie concessam propter errorem, V.C. si concurrant duo impedimenta, quæ se inuicem augent, in ordine ad dispensationem obtinendam. V.G. impedimentum duplicis consanguinitatis ex parte vtriusque parentis , vel impedimentum tam consanguinitatis quam affinitatis, non valet dispensatio super vno, impetrata cum taciturnitate alterius.

NB. Qui petit dispensationem super impedimentum matrimonij in gradu prohibito inæquali, tenetur inæqualitatem exprimere , si alter contractantium à communi stirpe distet in primo gradu V.C. si quis velit ducere filiam fratris sui. Nam hoc casu difficulter dispensare solet Papa.

Idem dicendum, si consanguinitas vel affinitas et duplici capite contracta sit; quare qui fornicatus est cum 2. sororibus eius sceminae, qua cum matrimonio contrahere cupit, debet, duplicem impedimenti causam explicare : quia alioquin Pontifex totum impedimentum non cognoscit.

Item, qui duo homicidia commisit, & vult habere dispensationem super irregularitate debet numerum exprimere.

Item, qui à Principe legitimationis rescriptum petit, debet explicare an naturalis an spurius sit, & in quo genere fœditatis.

Item petens à Papa dispensationem super voto castitatis, habens etiam votum ingrediendi Religionem, debet vtrumque votum explicare.

Diffimulatio veritatis, quamvis intrinsecè pertinet ad rem postulatam, non vitiat dispensationem, aliamque gratiam, si præsumptio esse possit, etiam intellectu tali veritate, superiorem dispensatum fuisse. Quemadmodum in Contractibus & donatione evenit, vt si dolus propriè non præbeat causam contrahendi vel donandi: quia etiam perspecta veritate, alter contraxisset, donasset &c. non infirmatur contractus vel donatio: quamvis fortasse dolus impulerit donatorem, vt citius donaret. Sed etiam in dubio dispensatio valida fit, & executioni mandanda, Doctores non consentiunt. Quod dicunt esse irritam, reddunt rationem, quod cum impedimentum V.C. matrimonij, super quo petitur dispensatio, certum sit, dispensatio autem incerta, stat possessio pro impedimento. Qui contrarium asserunt, dicunt, quod in dubio potius existimare debeamus dispensationem à principe (sicuti & alias dispensationes,) sine alterius præiudicio promanantem, validam esse, quam irritam.

Si qualitas dissimulata in postulatione, extrinsecè se tantum habeat ad rem postulatam, non ideo dispensatio, vel alia etiam subreptitia
cen-

cenſetur: tamenſi princeps ea circumſtantia cognita non diſpenſaſſet. Exemplum habes in eo, qui beneficium Eccleſiaſticum petit, diſſimularis criminibus, quæ ſi Epicoſopus ſciret, non concederet, ſicuti & pauper malus non cenſetur eleemoſynam ſubreptitice obtinuiſſe; quamvis danſei non conſeſſiſſet, ſi hominis improbitatem agnouiſſet. Et, In eo, qui petit ſuper irregularitate; ex homicidio non tenetur exprimere, quod Clericum occiderit, cum hæc circumſtantia ad Canonicum impedimentum irregularitatis extrinſeca & accidentaria ſit. In eo, qui diſpenſationem acceperat ſuper ordine ſubdiaconatus, ut poſſet uxorem ducere, ſi poſtea velit conſanguineam ducere, non videtur obligatus, ut in altera diſpenſatione mentionem faciat prioris. Vt Sanchez, lib. 8. diſp. 22. nu. 5. ubi regulam tradit; Si diſpenſationes ſunt ſuper diuerſis, & vna non habeat repugnantiã cum altera, non vitari poſteriorẽ, ob taciturnitatem prioris.

22 Expreſſio falſi, ſi fuit cauſa finalis concedendi diſpenſationes, vitia; non item, ſi fuit cauſa tantum impulſiua. Prius prob. Nam cauſa finalis ea dicitur propter quam princeps concedere vult, & , qua non exiſtente, concedere non vult, ideoque talis cauſa reſoluitur in Conditionem ſine qua non, quæ conditio plerumque in reſcripto exprimitur: *Si ita eſt. vel preces veritate nituntur.* Poſterius prob. quia Cauſa impulſiua dicitur, quæ non abſolute mouet ad concedendum, ſed ad facilius concedendum.

23 Si vna tantum cauſa diſpenſationis obinenda, eaque falſa, à ſupplicante allata fuit, diſpenſatio ſubrepticia cenſeri debet: Ratio, Quia Princeps, V. C. Papa vel non poteſt diſpenſare ſine vera cauſa, vide licet

licet in votis vel iuramentis, vel si absolutè possit, non vult dispensationem valere, vti constat ex clausula consueta; *si preces veritate nitantur.*

Expressio falsi viciat dispensationem, si principi 24
causa finalis fuit dispensandi tali modo. V. C. Si quis petat dispensationem super voto Hierosolymitano, allegata corporis debilitate ac paupertate, quarum prior causa vera, posterior falsa, dispensatio collata est subreptitia. Ratio, quia hanc numero dispensationem, in tali forma & modo noluit concedere, nisi subsit causa paupertatis. Ergo est causa finalis, huius numero rescripti.

Vna parte rescripti ob subreptionem viciata, alte- 25
ra pars cuius causa verè subsistebat, ipso iure non viciatur: si partes separatae, & inuicem independentes sint. Nam *utile per inutile non debet viciari.* reg. 37. in 6. si utile ab inutili separari possit.

Error qualitatis adiectæ per modum demonstra- 26
tionis, dispositionem vel scriptum inutile non reddit, secus si adijciatur per modum taxationis, ita vt rei substantiam designet. V. C. Titius & Caia in 3. gradu affinitatis coniuncti, cupientes matrimonium contrahere à Papa petierunt dispensationem. Papa commisit Officiali, sed erratum fuit in Bulla, quod pro 3 gradu affinitatis, 3. gradus consanguinitatis positus sit.

Quod si sufficientibus testimonijs ostendant, er- 27
rorem, ab ipsis non fuisse commissum, sed se super 3. gradu affinitatis dispensationem petiuisse, potest officialis commissionem exequi; quia verba rescripti strictè sunt accipienda, & ad alium casum non extendenda, nisi de intentione mandantis aliud apparet expressè, quæ exceptio omnino in isto casu locum habet.

K

Vnde

Vnde manifestum, errorem illum præter mandatis intentionem, incuria executorum, vel scriptoris irreplisse, ideoque omninò materialem censendum. Accedit, hoc rescriptum subreptitium non censeri quippe absque vllò dolo facta.

28 Prælati in lege propria dispensans, commutationem aliquam adiungere potest, sicut fieri solet dispensationibus super votis & iuramentis. Et constat ex praxi curiæ Romanæ, ubi frequenter dispensatur in legibus Canonicis, imperata aliqua muliere siue eleemosyna.

29 Episcopus in lege vniuersali, V. C. ieiuniorum cum aliquo dispensans eleemosynam imperare potest in opus pietatis. Ratio, Minor est potestas commutandi quam dispensandi, quare si cui potestas dispensandi concessa est; magis videtur ei competere potestas commutandi.

30 Si Prælati V. C. in lege ieiunij dispenset communitate cuius caput existit, indirectè se ipsam etiam obligatione soluit, quia superior non debet esse deterioris conditionis, quam subditi. Hinc tam propriè dispensatio dicenda, quam interpretatio.

31 Si Prælati sine iusta causa secum ipse dispensatio nulla est. Ratio, Si enim princeps propriæ legis vinculum sibi ad libitum, etiam sine causa validè relaxare potest, sequitur eum legis vinculo nullamquam fuisse obstrictum, quod contradictionem in se uoluit.

32 Prælati dispensandi potestate præditus commutatio suo committere potest, ut secum causa cogente dispenset. Nihil enim prohibet, quo minus alteri iurisdictionem committere potest, erga se ipsam exercendam. Sic enim Papa, V. C. dat Commis-

cessario suo iurisdictionem à peccatis absoluendi i-
psūmet Papam.

NB. Non in omni actu iurisdictionis persona-
rum distinctionem requiri, sed solum in coactione
iudicij per sententiam. Iudicem enim distinctam
personam esse oportet à partibus quibus ius
dicit.

C A P. XXIII.

De Privilegiis.

Priilegium est lex priuata in alicuius fauorem
data, quæ causa est, cur priilegium ad alias per-
sonas, loca, &c. præterquam quibus ex speciali causa
concessum est, extendi non possit.

Priilegium aliud est reale (quod proximè ac di-
rectè alicui conceditur, respectu rei, loci, dignitatis;
puta prædij, Monasterij, Episcopatus.) NB. In di-
scernendo vtrum priilegium personæ an dignitati
datum sit, potius ad naturam & conditionem rei di-
ctæ, quam verborum expressionem attendendum
esse.) Aliud priilegium dicitur personale (quod
proximè ac directè ob fauorem personæ conce-
sum est.)

Priilegium personale triplex est; singulariter per-
sonale (quod vni tantum per se conceditur; per acci-
dens siue propter illum familia seu domestici parti-
cipare possunt, V. C. si alicui priilegium de iur. cele-
brandi in loco interdicto. Alterum est priilegium
communiter personale, quod certo personarum ge-
neri conceditur, puta minoribus XXV. an-
nis priilegium restitutionis in integrum, si ex
contractu læsi sunt. Mulieribus priilegium Sena-
tus consulti Velleiani, ne ex fideiussione obligentur.

K 2

Huc

Huc etiam spectant priuilegia militum. Tertium est priuilegium corporale seu mixtum, quod Communitati confertur, vt singuli ex communitate illo fruuntur.

4 Priuilegium personale personam sequitur, & reale adhæret rei, cuius respectu datum est, & cum ea eadem expirat.

5 Priuilegium aliud est contra ius, cuius genere sunt multæ dispensationes in lege communi. Nihil Monopolium est priuilegium sed non dispensatio quia per illud ius commune non relaxatur, sed potius restringitur. Deinde dispensatio facta ad unum actum vel breue tempus, V.C. vt hodie carnibus vesci liceret, priuilegium propriè non est: hoc enim legis constans esse debet. Vnde nec dispensationes matrim. aut irregularitate priuilegia dici possunt quia effectum suum statim consequuntur, & actum successiuum non habent, qualis ad legem communem, quam priuatam requiri videtur.

Aliud est priuilegium ultra ius, V.C. potestatis soluendi, dispensandi & aliæ gratiæ ipsi concessæ, quibus lege communi & ordinaria non competunt. Differunt hæc priuilegiorum genera, quod illa quæ iuri communi derogant, plerunque strictæ interpretationis esse debent. Licet enim priuilegia hæc, quæ tenentur ad priuilegiatum pertinent, fauorabilia sunt tamen, quatenus à iure communi exorbitant, odiosæ censerentur: cum igitur fauor iuris communi merito præferatur fauori priuato, ideò rectè dicitur priuilegia à iure communi exorbitantia, strictæ potius interpretationis esse debere.

Dixi plerunque, Quia excipiendum primo. Nihil priuilegium datum sit in fauorem causæ publicæ

piæ, religiosæ, ita priuilegium Clericorum exemptionis à iurisdictione Principum secularium amplè interpretandum esse in religionis fauorem. *Summa enim ratio est, quæ pro Religione facit.* Accedit quod eiusmodi priuilegia non vni personæ, sed toti Communitati in perpetuum concessa æquantur legibus publico iuris corpori insertis, quæ latam interpretationem habent.

NB. Secundo; Si Priuilegium motu proprio Principis concessum sit; tum amplam interpretationem meretur, veluti quod proprie principis beneficium est, & ex certa scientia datum censetur.

Alia verò priuilegia, quæ ultra ius commune concessa meræ gratiæ siue beneficia sunt; latè interpretari debent; Ita habetur in c. quia circa. de priuileg. Vbi dicitur *beneficium Principi quam plenissimè interpretari oportere.* Hinc facultas concessa Episcopo absoluedi à casibus occultis, & dispensandi super irregularitatibus ex delicto occulto, excepto homicidio late interpretanda est, vt etiam competat Episcopo non consecrato. 2 Etiam æquiparatio, V. C. Capitulo sede vacante, Item praelatis exemptis ab Episcopi iurisdictione, quia æqualem Episcopali iurisdictionem in suo territorio obtinent: Quare & confessarios approbare possunt.

Si beneficium Principis V. C. Exemptio à soluedis decimis, in alterius præiudicium tendat, vel scandali occasionem præbeat, eatenus odiosum est & strictè interpretandum, quia non est presumendum, Principem alicui velle gratiam conferre cum alterius damno.

NB. Priuilegiatus horas recitare post prandium

K 3 potest

potest cum socio non priuilegiato; quia alioquin priuilegium non subleuaret.

- 7 Priuilegia ordinariè non plus operantur quam verbis exprimunt. Hic si dubium maneat de voluntate priuilegiantis, interpretatio facienda est, secundum communem & vsitatam, vel propriam verborum acceptionem, siue sit odiosum, siue favorabile. Excipe nisi extensio fiat ad eaque accessoria sunt priuilegiis. Sic V. C. habens priuilegium celebrandi tempore interdicti, potest socium adhibere non interdictum. Qui enim concedit facultatem alicui rei, censetur etiam concedere ea omnia, quae requiruntur ad usum talis potestatis, iuxta illud: *Cuiusdictio data est, ea quoque concessa esse censentur, sine quibus iurisdictio explicari non potest.* Et, *dispensatio* seu priuilegium *contra ius extenditur ad necessario consecutiuum*, cum aliqua dispensatum sit super beneficiorum pluralitate, videtur etiam dispensatum, quo minus eorum altero residere teneatur.

NB. *Plus valet specialis cautio quam generalis.*

NB. Exempti cum Prælati consensu possunt subijcere ordinario petendo dispensationem, si prælatus non habeat, in votis, iuramentis, absolutione à censuris. Quod si prælatus irrationabiliter consensum neget, non curandum. Nam non videtur mens Pontificis; exemptionis priuilegium ad tale casum extendere, quo in perniciè animæ cedere potest.

NB. Priuilegium non debet esse onerosum, ut reg. 61. in 6. *Quod ob gratiam alicuius conceditur, est in eius dispendium retorquendum.*

- 8 Priuilegium aliud est, quod motu proprio conceditur, & aliud quod ad instantiam partis, & illud obsum. V. C. si spurius amplum beneficium petat.

Priuilegium motu proprio concessum, non ante 9
suum effectum sortitur, quam priuilegiato innouit.
Nam hic est ordinarius modus beneficia conferendi, 6
&c. scienti inquam & acceptanti: Vnde etiam reuo-
cari poterunt ante acceptationem eiusmodi priuile-
gia, si ex mera liberalitate promanant; secus si ex de-
bito officio conferentis.

NB. Fieri posse, vt alicui reluctanti conferatur
priuilegium, V. C. comedendi carnes, si ratio com-
munis boni id exigit. Vnde reg. illa. ff. 69. Inuito be-
neficium non datur, ordinariè tantum, & non sine o-
mni exceptione vera est.

Priuilegium, quod in gratiam petentis per literas 10
vel procuratorem conceditur, statim suum effectum
sortitur, quamuis ignorante eo, qui postulauit, mo-
do summus pontifex ipse concedat, & Officiali
concedat, quia moraliter præsumitur, Pontificem i-
ta voluisse intendere, quod est per se & ex natura rei,
cum ad omnem concessionem, donationem, pa-
ctum & contractum sufficit duorum mutuuum con-
sensum super eadem re haberi & explicari.

NB. Cum primum summus pontifex petitioni
annuit, licet literæ expeditæ non sint, priuilegiū datū
censeri, exceptis prouisionibus beneficiorum, de
quibus iure nouo Pontificio aliter statutum est.

Priuilegia partim sunt affirmatiua (quæ interdum 11
per non usum tolluntur) partim negatiua (quæ per
non usum contrarium.)

Quædam Priuilegia absolutæ gratiæ sunt, V. C. pri- 12
uilegium sacrificandi ante auroram, quædam vero sunt
gratiæ respectiue, & in alterius grauamen redun-
dantes, V. C. priuilegiū à iurisdictione Ordinarij &c.

Quædam priuilegia ex mera gratia dantur, remu- 13

neratiua, quaedam verò ob antecedentia merita, quibus id commune, vt per ea ius acquiratur priuilegio quo minus à conferente ordinariè, & sine vrgentissima causa ad bonum publicum pertinente reuocari possunt.

Quaestiones de Priuilegiis.

14 **Q** Vicunque legem condere, etiam priuilegium dare potest, & vice versa. Ratio, tum quia Priuilegium lex quaedam priuata est; tum quia priuilegium non cuiusuis hominis beneficium dicitur; sed quae publica potestate alicui confertur ad faciendum aliquid vel omittendum. Vnde infertur, publicas potestates tam ciuiles quam Ecclesiasticas, in ijs tantum rebus priuilegia dare posse, de quibus disponendum habent. V. C. Papa in spiritualibus, vel annexis spiritualibus in decimis, matrimonio: Imperator in temporalibus tantum.

15 Priuilegia non tantum dari possunt ijs, qui absolute subditi sunt, sed etiam alijs, V. C. extraneis potest Imperator priuilegium, dare milites conscribere in Imperio, Item Ecclesiasticis iudicibus; vt de laicis in causis temporalibus directe iudicare possint quod communi iure illis concessum non est.

16 Is cui concessit Ordinarius priuilegium legere libros prohibitos, vt eo potest extra dioccesin concedentis, Ratio, quia priuilegium cohaeret personae vbiq; & iurisdictio voluntaria (non coactiua) effectum suum etiam habere potest extra territorium.

Priuilegium commune comedendi oua in Quadragesima adhaeret loco, ideo non licet extra territorium

Priuilegia confirmantur 2. modis: 1. In forma communi, cuiusmodi confirmatione nulla noua fit concessio, sed pura prius existentis priuilegij approbatio &

con-

confirmatio 2. Ex certa scientia, ea dicitur, si princeps confirmans privilegium significet se plenam eius cognitionem habuisse, cuius tanta vis est, ut licet privilegium legitimè collatum, postea per non usum vel abulum, vel superioris reuocationem cassatum fuisset, iam de nouo confirmaretur.

Privilegium finitur elapso tempore, cessante causa finali, vel conditione sub qua concessum fuit. 17

NB. Privilegium sub tali forma concessum ^{non} expirat, mortuo concedente, ~~sed non~~ donec reuocauero, aut quamdiu sedi placuerit: quia potestas Sedis non moritur, sed transit ad successorem.

NB. Qui iurauit se non lufurum, vxorem ducturum, quamdiu pater non volet, eo mortuo, potest ducere vxorem, ludere: si autem iurauerit, cum hac conditione, nisi pater aliter statuerit, non soluitur voto per mortem patris.

Gratia per mortem cōcedentis, etiam re integra, 18 non extinguitur, si sit gratia facta, V. C. Licentia eligendi confessorium, quia gratiæ, postquam à publica potestate processerunt, censentur ex parte concedentis factæ, seu perfectæ, ut morte ipsius non expirant. Gratia facienda, per quam nihil datum directè, sed alteri mandatum, ut talem gratiam illi conferat: tunc enim nondum gratia facta est, nisi concedens privilegium singulariter in fauorem Commissario dederit, tunc enim mortuo concedente etiam non expirat. Quod notandum pro iis, quibus à Papa, vel Episcopo delegata est licentia audiendi confessiones vel absoluendi à reseruatibus, morte delegantis non expirare; cum talis licentia inter gratias, non inter rescripta iustitiæ, seu delegatæ iurisdictionis contentiosæ numerari debeat.

K 5

NB. Iuxta

NB. Iuxta Garciam: Si parochus habeat potestatem delegandi talem facultatem in certa parte parochiae, non expirare; cum sit gratia. Secus, si cooperatori seu Vicario suo tribuat facultatem, quia mortuo Principali, cessat etiam alter esse Vicarius; cōsequenter expirat huius potestas, tum attendenda consuetudo diœcesis.

19 Privilegium extinguitur, si per rerum mutationem iniquum fiat, vel si in ipsius privilegiati maius detrimentum cedere incipiat. Nam quod in gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retinendum, reg. 61. in 6.

20 Privilegium extinguitur per renūciationem privilegiati, si in eius solius favorem concessum fuit, liberum enim est cuique suo iuri renuntiare. C. si de terra de privileg. Secus si in gratiam Ecclesiae vel Communitatis. V. C. Privilegium Canonis Clericis concessum, item privilegium non assumendi in Canonicos, nisi in sacris Ordinibus constitutos (quod si Capitulum contra posset se unus opponere, & Episcopus) Exempti etiam non possunt renunciare privilegio exemptionis, quia cederet in præiudicium Papae qui illos exemit à iurisdictione ordinariorum, & sibi immediatè subiecit.

21 Privilegia, quæ aliis onerosa sunt, amittuntur per non usum spacio decennii inter præsentis. 20. vel annis inter absentes, si tamen utendi occasio fuerit. Ratio, quia reliquæ servitutes ita extinguuntur.

NB. Quod si habeas iurisdictionem sanguinis, eoque longo tempore non utaris, quia nullum malefactorum cœpisti, non amittis.

22 Quæ absolutæ gratiæ sunt, in nullius gravamine cadentes, V. C. celebrandi auroam, absolventi referu

reſeruat, per ſolum nō uſum non amittuntur, quia
 quiſque liberam facultatem habet priuilegio utendi
 & non utendi. Quod attinet illud, quod priuilegia
 nundinarum amittantur per non uſum, id eſt ſpecia-
 le in illo priuilegio, ideo ad alia non extendenda.

Priuilegia negatiua quę aliis oneroſa ſunt, per cō- 23
 trauctionem duobus modis amitti poſſunt, vel via
 præſcripti, uel via tacitę renunciationis, excipe pri-
 uilegia conceſſa in fauorem Eccleſię, quę non tol-
 luntur per renunciationem particularium persona-
 rum, v. c. prælati, Cleri.

NB. Priuilegia nulli præiudicantia, v. c. non legendi
 horas, non ieiunandi, non tolluntur per actum con-
 trarium: quia priuilegium minimè obſtat, quomi-
 nus aliquis ex libera uoluntate oret, ieiunet, &c. ſine
 priuilegii præiudicio.

Qui dato priuilegio abutitur, eo priuari meretur. 24

Priuilegia quę ad operandum aliquid præter ius 25
 commune, ſubditis merè gratioſe data ſunt, à con-
 cedente, eiſue ſucceſſore reuocari poſſunt.

Quę non ſubditis conceſſa ſunt priuilegia poſt
 acceptationem reuocari non poſſunt, quia poſtquã
 acceptata ſunt, tranſeunt in pacta, quibus proprie
 dictum ius acquiritur, V. C. Priuilegia ab Imperato-
 ribus & Principibus Eccleſię conceſſa: Non etiam
 reuocari poſſunt, quę ſubditis data ſunt in remunera-
 tionem meritorum, uel cum grauamine in futu-
 rum, uel ſi cum absoluta donatione aut translatione
 alicuius iuris abſq; uigente cauſa reuocari non poſ-
 ſunt, V. C. caſtrum, ius uectigalis, iuriſdictio in pri-
 ma inſtancia, quia talia priuilegia tranſeunt in pa-
 cta.

Reuocatio priuilegii alia eſt expreſſa, & alia tacita. 26
 ; Expreſſa

Expressa vel fit in specie, vel per clausulam generalem, non obstantibus, &c. qua tamen non censentur reuocata priuilegia contenta in corpore iuris. Cum enim correctio iuris vitanda, & non facillè præsumenda sit, ideo ius posterius generale, non tollit prius speciale.

- 27 Tacita priuilegii reuocatio fit per actum Principis contrarium; si præsumi possit, eum scire, aut recordari ante concessi priuilegii.

NB. Generi per speciem derogatur, siue ea antecedar, siue sequatur, V.C. Si Papa alicui facultatem dedit vacantia beneficia in aliqua Ecclesia suo nomine conferendi, & postea specialiter beneficium in eadem Ecclesia primo vocaturum conferri certæ personæ rescripsit; posterius rescriptum executioni mandandum esse. Ratio, quia Princeps gratiam generalem eo animo concedere censetur, vt semper illi integrum maneat, occurrente casu illi derogare per gratiam specialem.

- 28 Reuocatio priuilegii indulgentiarum, non antevim suam habet, quam priuilegiato innotuit, cum alioquin plurima incommoda inde orirentur.

NB. tamen priuilegii reuocatio per legem communem non est opus vt singulis priuilegiatis innotescat, sed satis est, si legitima promulgatio facta est vt in publicam notitiam deuenire possit.

CAP. XXIV.

De Consuetudine.

- I **C**onsuetudo est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex; Consuetudo est duplex, Facti, id est, mos populi, seu actus publicus

blicitus frequentatus. Iuris, est quasi altera lex, parem obligandi potestatem obrinens.

NB. Non ex omni populi more seu actuum libera frequentatione oritur ius, sed requiritur, vt mos ille rationalis sit, Reipublicæ utilis, Fidei ac Religioni congruens; deinde vt non fiat ex legis antecedentis obligatione; cum potius tendat ad noui iuris introductionem.

Ad ius consuetudinis introducendum quatuor requiruntur. I. Actus liberè à populo frequentatus, notoriè, & quod si actus perpetuitatem habeat, vnicum sufficere posse, vt cum pons publico loco ædificatus à populo toleratur. II. Temporis diuturnitas, decennium. III. Scientia & tacitus consensus potentis legem condere. Tacitè autem consentire princeps censetur, si sciens populi morem, cum posset prohibere, longo tempore toleret. IV. Vt frequenter actus tanquã ex obligatione, seu potius animo introducendæ obligationis. Nam si populus temporis diuturnitate opus aliquot frequentet, v. c. in Capite Quadragesimæ cinerem benedictum accipiat, & ad campanæ pulsum Salutationem Anglicam ter recitet, ex libera deuotione, non ideo nascitur iuris necessitas sub peccato obligantis; esto, aliqui sint, qui tali obligatione se teneri falsò sibi persuadeant.

Triples est consuetudo; vna secundum legem; altera præter legem, quæ & iuris constitutione dicitur; tertia contra legem.

NB Stylus Curie est ius non scriptum, ex actibus iudicialis ortum, quod sub iure constitutionis continetur, tanquam species sub genere.

NB. Consuetudo secundum legem Luca 2. illa supponit

supponit legem scripto vel verbo præexistentem, quam consuetudo approbat, confirmat, interpretatur, teste Gratiano super c. in istis. d. 4. Leges instituntur cum promulgantur, firmantur, cum moribus vventium constituuntur.

- 4 Consuetudo contra legem, quæ & desuetudo dicitur, vt legem vincat & abroget, rationalis esse debet, & legitime præscripta. Illa autem Consuetudo irrationabilis est, quæ vel iuri naturali vel diuino aduersatur, vel iure Canonico reprobatur, vel peccandi licentiam aut occasionem præbet, vel alia ratione communi vtilitati perniciofa est: aliæ autem omnes consuetudines, vtpote indifferenter se habentes, rationabiles esse possunt, & consequenter sicut per humanam legem introduci, ita per contrariam legem abrogari.

NB. Consuetudo contra ius naturæ introduci non potest, quia ius naturale immutabile est.

Consuetudines reprobatae iure Canonico appellantur corruptelæ.

Consuetudines occasionem præbentes peccandi, vel bono publico incommodantes, sunt irrationabiles, V. C. si liberi spurii æque ac legitimi heredes instituantur, vt homicidæ pœna tantum pecuniaria puniantur.

Tametsi enim talia quandoque licite & sine Reipubl. detrimento fieri possint, obligatio tamen, vt ita necessario fiant, non potest esse Reipubl. non perniciofa.

NB. Non videtur consuetudine introduci posse, vt pater nullam omninò hæreditatis portionem filio relinquere cogatur: quia talis consuetudo ita vniuersim introducta irrationabilis esset bono publico incommodans.

Qui legem condere non possunt, interdum tamē
legem per diurnam consuetudinem abolere, seu
aduersus eam præscribere possunt.

Ad præscribendum contra legem civilem ordi-
nariè decennium requiritur, aduersus Ecclesiasticam
verò 40. annorum spacium.

Si lex resistat consuetudini introducendæ, nō po-
test ea præualere, nisi immemorialis sit, id est, cuius
inini nulla memoria exrat.

Si lex non prohibeat tantum, sed etiam reprobet
consuetudinem, tanquam irrationabilem, intelli-
gitur quoque de immemoriali, sumitur ex c. de cons. in
6. vbi corruptela appellatur consuetudo etiam im-
memorialis, quod a liquis sine Sedis Apostolicæ dis-
pensatione, duos personatus, dignitates, vel officia
perpetua, vna cum Canonica seu præbenda in eadem
Ecclesia obtineat. Ratio est, quia præscriptio aduer-
sus legē consuetudine perfici debet: cū consuetudo
facti sit quasi via ad præscriptionē siue consuetudinē
iuris præscriptā; Ex quo sequitur, si cōsuetudo irra-
tionabilis & iniqua iudicata fuit, nō posse ex ea præ-
scriptionem seu consuetudinē iuris præscriptam
iri.

Excipiunt verò aliqui, nisi consuetudo aduersus
legem introducatur cum scientia & patientia prin-
cipis, v. c. cum consensu Pontificis cohonestetur, vt
laici Clericales decimas possideant, vt in eadem Ec-
clesia due dignitates, vna cum canonica obtineantur,
sequitur in eiusmodi casibus, etiam consuetudinem
immemorialem introduci posse.

Regula illa; Acquisibilia priuilegio, sunt
etiam acquisibilia per consuetudinem, saltem
immemorialem, locum non habet, si consuetudo
vt irra-

vt irrationabilis damnata sit. Nam praescriptio loci habere non potest, si ius aliquem faciat incapacem possessionis, & inde consequentis praescriptionis, sicut videre est in iure decimarum, quod cum ex propria institutione sua Ecclesiasticum non sit, in laicos cadere non potest, nisi ex speciali & legitima Ecclesiastici praelati concessione aut privilegio. Ergo nemo aliquis cum praescriptione talis tituli possideat, nisi quam potest praescribere, quia *incapax possidendi etiam incapax praescribendi.*

Quod si testes adsint, qui dicant semper fuisse constantem famam & opinionem, tale ius alicui competere ex speciali concessione feudi vel pontificii privilegii, valet possessio seu consuetudo cum bona fide seu titulo praesumpto. Nam *fama dat iustam causam credendi.*

- 10 Consuetudo aduersus legem procedere potest legislatore ignorante. Nam vniuersim haec vis praescriptionis esse solet, vt currat etiam contra ignorantem: alioquin vix vlla particularium Ecclesiarum consuetudines aduersus iura pontificia introductae censeri poterunt legitimae, cum Papa particularium locorum consuetudines se ignorare fateatur. c. 1. de consuetud. in 6. Licet autem particulatim ignoret, eoque ex eius speciali consensu consuetudo vim suam non obtineat. Consentit tamen generatim, quia rationabili & diuturnae consuetudini contra ius suum, generali lege auctoritatem tribuit.

Ad praescribendum contra legem seu introductam consuetudinem aduersus legem, bona fides requiritur, nam sine illa impossibile est, consuetudinem praescriptiuam inchoare, cum ea iusta & rationabilis esse debeat. Ex quo consequens est, in eius

modi prescriptione semper interuenire probabilem ignorantiam. Veruntamen, tametsi primi temere, & sine culpa legem Reip. vtilem transgredientes, prescriptionem re ipsa inchoare non potuerunt; horum tamen successores, videntes legem ab antecessoribus suis non obseruatam, existimare possunt, & in dubio presumere, illos habuisse iustam legis non seruandae causam, & ita illorum vestigiis insistentes prescriptionem inchoare, vel quasi bona fide ab antecessoribus inchoata fuisset eandem perficere.

Consuetudo etiam in sacramentalibus aduersus r²ius commune introduci potest, si in sacris canonibus reprobata non sit. V. C. vt secundae nuptiae benedicantur. Et Nauar. probat ex c. de trina; Nihil referre, seu vna seu trinamersione baptismus conferatur, pro cuiusque Ecclesiae consuetudine: quia *in vna fide nihil offest S. Ecclesiae consuetudo diuersa.*

NB. Censurae Ecclesiasticae, quae suapte natura culpam supponunt, ab eaque inseparabiles sunt poenae, per consuetudinem abrogari non possunt.

Impedimentum matrimonii dirimens per desuetudinem tolli potest, non autem nouum impedimentum per consuetudinem introduci, ignorante Papa, Ratio, quia Consuetudo ^{non} acquirit vim legis, nisi ex voluntate potentis in ea re legem condere, qui in proposito est solus Papa, siquidem matrimonii impedimenta & dispensationes in eisdem, summus Pontifex sibi reseruauit.

NB. Vniuersim dici posse de impedimentis matrimonii, si eorum aliquod consuetudine, praesertim immemoriali introductum sit, & sine scandalo tolli non possit, obseruandum esse: quia in tali casu summus Pontifex non resistit consuetudini sed

L

obser-

obseruandam permittit, secundum communem
 Doctorum interpretationem. Alioquin valde expe-
 dit, ut impedimenta matrim. in tota Ecclesia vnifor-
 miter feruentur: ideoque consuetudines speciales
 contrariè nullo modo introduci debent, aut potius
 quam introductæ sunt, tollere eas oportet, modo
 ne scandalo id fieri possit.

14 Consuetudo cœpta & nondum consummata,
 nico actu contrario interrumpitur, ideoque post
 de nouo inchoari debet. Quod si verò, elapso tem-
 pore legitimo, consuetudo completa sit, non tollitur
 vno actu contrario, sed vel principis lege consu-
 tudinis abrogatoria, vel contraria noua consuetu-
 dine, cum temporis diuturnitate.

15 Consuetudo abrogatiua legis, species quædam
 præscriptionis generatim acceptæ. Est enim acqui-
 sitiuia iuris videlicet immunitatis ac libertatis
 lege.

Alioquin Consuetudo, quæ est præter legem
 quoad significationem differt à præscriptione, quæ
 consuetudine diuturna per tacitum populi con-
 sensum introducit ius, quatenus idem est quod legitur
 verò præscriptione, seu vsucapione acquiritur
 quatenus idem est quod dominium aut alia facta
 vtendi, agendi, &c.

Duo hic notanda. I. Præscriptionis nomen à
 doctoribus interdum generatim accipitur, quomodo
 comprehendit etiam populi consuetudinem abro-
 gatiuam legis, per temporis diuturnitatem & bonam
 fidem. Interdum verò strictius accipitur, vt non
 comprehendat specialem illam præscriptionem im-
 munitatis aduersum legem communem (propter
 quod eiusmodi præscriptio peculiare nomen habet)

re soleat consuetudinis legitimæ præscriptæ) comprehendat verò cæteras omnes bonæ fidei vsucapiones, quæ vel sunt particularium personarum ad acquirendum sibi ius aliquod vel communitatis, quatenus ea in acquirendi iuribus, V.C. alicuius rei dominio, quasi particularis personæ vicem subit.

NB. NB. 2. Interdum accidere solet, vt duplex præscriptio simul concurrat, V.C. communitas laicorum à tempore immemorabili, non exigentibus Clericis decimas cum bona fide præscripserunt ius immunitatis, duplex hic cernitur præscriptio, vna, per quam excluditur obligatio legis vniuersalis canonice de decimis soluendis tam realibus, quam personalibus: altera, per quam excluditur ius & actio Clericorum, quæ ipsis ex eadem illa lege siue Canone aduersus laicos competit.

TRACTATUS V.


De Censuris.

PARS I.

De Censuris in Communi.

CAP. I.

Quid sit Censura Ecclesiastica?

ensura significabat Romanis sententiam Censoris mores corrigentis, aut pœnam decernentis. Hinc censuræ vox ab Ecclesiasticis scriptoribus translata est ad significandam

L 2 ficandam

ficandam spirituales pœnam, quam Ecclesiæ prælati contumacibus infligunt.

Definitur: Pœna Spiritualis, per quam homini baptizato delinquenti, ac contumaci per Ecclesiasticam potestatem quorundam spiritualium bonorum usus auferitur, donec à contumacia recedat.

Dicitur merè spiritualis, quia circa spiritualia præmanò versatur, secundariò circa temporalia, quatenus referantur ad spiritualia.

2 Bona spiritualia quædam sunt propria; ut donum gratiæ, Fides, Spes, Caritas, aliæque virtutes, et eorumque opera bona, tum secundum vim mercedis tum etiam impetrandi & satisfaciendi, iuxta propriam operantis intentionem, quibus nemo iniuste spoliari potest, quædam verò sunt cõmunia, ut sunt Ecclesiæ publicæ suffragia & satisfactiones; item spiritualis iurisdicctio, sacrificium & sacramenta, benedictio Ecclesiastica, quorum dispensatio Ecclesiæ interdiceret potest. Nam omnis Respub. bene constituta potestatem subditos suos ob culpam privationis bonis communibus habet. Ecclesia autem est spiritualis Respub. optimè à Christo constituta. Ergo.

NB. Privatio bonorum spiritualium cõmunium bonorum quoad usum est censura, quoad facultatem pertinet ad irregularitatem, depositionem, degradationem, cessationem à diuinis quæ propriè censuræ non sunt. Censura enim debet esse pœna medicinalis, ideoque infligi per modum vinculi facile solubilis, secus est in irregularitate, &c. quæ ipsam potestatem spirituales, quatenus id fieri potest, sine spe recuperandi adimunt.

3 Censura est pœna medicinalis: quare per absolutionem

tionem tolli debet, cum primum peccator emendatus est: at depositio, degradatio & irregularitas tolli debent per dispensationem, quippe quæ simpliciter & inviolabiliter lata est.

Nunquam fertur censura propriè dicta, propter peccatum merè præteritum, sed propter illud, quod tractum successivum habet.

Depositio, & degradatio non incurruntur ante iudicis sententiam, quia sunt pœnæ gravissimæ, & quæ non statim auferuntur, tamen si delinquens emendatus sit.

Irregularitas etiam ante sententiam incurritur ob reuerentiam Sacramenti.

CAP. II.

Quotuplex sit Censura.

Tres tantum sunt Censuræ; Excommunicatio, 1
 Suspendio, Interdictum; quia in iure Canonico solum 3. numerantur.

Concessa alicui facultas absoluendi à Censura, non extenditur ad irregularitates, quæ per dispensationem tolluntur.

Irregularitas & Cessatio à diuinis nō sunt Censuræ.

Censura alia est à iure lata, & alia ab homine, (iudice:) Hæc extinguitur morte ferentis, aut depositione eius, illa non. 2

Censura ab homine aut fertur per generalem sententiam; aut per specialem in certam personam.

Censura alia est latæ sententiæ à iure, sic dicta, 3
 quia eam reus statim ipso facto incurrit, sine alia Iudicis sententia, trahitque secum executionem: Alia censura est ferendæ sententiæ per Iudicem, quæ

L 3 non

non ipso facto seu delicto; sed, sicuti alia pœnæ per Iudicis sententiam infligi debet.

Censuram latæ sententiæ iudicant verba illa; Excommunicamus, anathematizamus, suspendimus, excommunicationi subiaceat, prohibemus sub Excommunicatione ipso facto incurrenda.

Excommunicatio ferendæ sententiæ his verbis significatur; Qui hoc fecerit, excommunicetur, prohibemus pœna Excommunicationis.

Si verba ambigua, potius iudicari debet Censuram sententiæ ferendæ, quam latæ, iuxta reg. 49. in 6. *pœnis benignior faciendâ est interpretatio*, exempli gratia excommunicatus sit, anathema sit.

C A P. III.

Quis Censuram ferre possit?

1 **O**Mnis & solus Prælati Ecclesiastici censuram ferre potest in subditos, quam facultatem Clerico alteri delegare non prohibetur. Ratio Conclusionis est, quia omnis potestas Ecclesiastica foris tertii ordinatur ad Christianam disciplinam servandam per leges, præcepta, sententias: hæc autem potestas infirma & inermis foret, nisi contumaces propositis pœnis ac censuris coercere & ad obedientiam compellere possit.

2 Laicis & Clericis coniugatis, dnm in Coniugiis viuunt, itemq; bigamis committi non potest facultas censuras ferendi, etiamsi seruiant Ecclesiæ, tunc iurisdictionis non sunt capaces. Ratio, quia *Laici Ecclesiastica negotia tractare non debent.* c. decernimus, de iudiciis. Censuræ a. ad Ecclesiasticam & spiritualia clauium potestatem pertinent. Potest tamen potestas talis committi tum prædictis ex plenitudine potestatis Papalis.

Fœminæ quamuis sanctimoniales sit & Abbatif- 3
sæ censuras propriè ferre non possunt, iuxta 1. ad
Cor. 14. Mulieres in Ecclesia taceant. Possunt tamen
priuatim suas exhortari, & tanquam filiabus bene-
dicere, in matutinis Euangelium legere. Prob. Con-
clusio, quia iuxta Auilam, Excommunicatio & aliæ
Censuræ pertinent ad potestatem Clauium: hæc au-
tem à Christo solis Apostolis & successoribus eorum
data est.

Non videtur tamen fœmina huius potestatis om-
nino incapax ex iure diuino, sed solum Ecclesiastico.
nam licet nunquam factum, neque deceat, tamen
iuri diuino absolute non repugnat. Quod attinet ad
potestatem clauium, notandum est, duplicem esse
clauem, Ordinis, & Iurisdictionis: Illius incapax o-
mnino est mulier, secundum Christi institutionem,
huius autem capax esse potest, saltem ex commissio-
ne, & quoad exercitium; sicuti & merè laicus capax
est: cum tamen Apostolorum successor cenferi non
debeat, quamdiu extra Clerum constitutus est.

Abbatissa, licet spirituales iurisdictionem pro- 4
priè non habeat, usus tamen cuiusdam iurisdictionis
ei committi potest; saltem indirectè propter peri-
culum cohabitationis virorum, vt si prouincialis cū
Moniali dispense in lege ieiunii, sub conditione re-
lata in arbitrium Abbatissæ, quamuis ipsi visum fue-
rit causam ieiunandi non adesse.

Accedit, quod Abbatissæ non quidem iure ordi-
nario, sed ex Apostolicæ Sedis Priuilegio cum Capi-
tuli sui consensu, conferre possint beneficia, & insti-
tuere Clericos in Ecclesiis ad suum Monasteriū per-
tinentibus dando illis possessionem actiulū; non
item iurisdictionem ad soluendum & ligandū: *quia*
nemo dat, quod non habet.

L 4 CAP.

In quos Censura ferri possit.

- 1 **C**ensura ligari potest homo baptizatus, viator doli capax, qui superiorem Ecclesiasticum habet. Prius prob. 1. ad Cor. 5. *Quid enim mihi de iis qui foris sunt, iudicare.* Sed quid ad hæreticos, illi non sunt foris, qui per baptismum Ecclesiæ fuerunt associati, idèdè possunt per Censuras compelli. Posterius prob. Matth. 16. *Quodcunq; ligaueritis super terram, &*
- 2 Quod si dicatur ex Gratiano; Hæreticos etiã post mortem anathematizari posse. NB. Anathematizari non accipi pro excommunicare, sed pro execrari tanquam impius & ab Ecclesia alienus.
- Indirectè potest etiam aliquis post mortem excommunicari, vt, si ita exigente eius crimine, in quo cessit, ad aliorum terrorem præcipiatur fidelibus, abstineant ab Ecclesiastica eius sepultura, suffragia. Qua ratione licet Ecclesia propriè non possit abluere eum; qui in excommunicatione, tamen si eductis signis pœnitentiæ, mortuus fuerit, tamen aliis potestatem dare potest, vt illum in loco sacro sepellat, sacrificia pro eo publicè offerant, &c.
- 3 Tertium, quod debeat esse rationis & doli capax, ideoque infans & furiosus excommunicari non potest, quia non subiacent legibus Ecclesiæ, nec coguntur in eos cõtumacia, quæ requiritur ad censurã. Quod si madans percul. Clerici, v. c. incidat in amentiam percussio Clerico excommunicari potest, quia etiã furiosus ab Ecclesia ob cõtumaciã præcedentẽ puniri potest. Quod si amentia eorũ perpetua, debet absolui, quia cum talis censura sit pœna medicinalis, non debet infligi.

inligi, qui Medicinæ incapax est. 4. Quod subditus Ecclesiasticæ potestati, quia par in parem aut superiorem non habet imperium.

Summus Pontifex censuram incurrere non potest, neque à seipso. Nemo enim seipsum potest iudicare, neque ab alio, quia nullum habet superiorem.

Peregrini non obligantur censuris locorum, generali sententia aut statuto decretis; Ratio, quia non sunt subditi statuentis.

NB Qui factum sacrilegum committit in aliena diœcesi, sub excommunicationis pœna prohibitum sortitur forum ratione delicti, & peccat quidem contra legem, quatenus ea communis omnibus gentibus, & ratione huius peccati subditum fieri, non peccare tamen contra legem, quatenus propria est huius diœcesis, censuram in se continens, cum non sit subiectus huic legi, & legislatrici potestati.

Subditus contra proprium statutum diœcesis suæ agens extra diœcesin, vel in loco diœcesis exempto, non incurrit censuram. Ratio, quia, ut habetur l. ult. ff. de iurisdic. omnium Iudicum; *Si quis supra iurisdictionem suam ius dicat, impunè ei non paretur*: Atqui, si Legislator velit extra territorium suos subditos sua lege obligare, tunc supra iurisdictionem suam ius dicit: eò quòd statutum ex propria natura, territorium afficiat, & intra eius limites se contineat. Ergò, Vnde infertur, si quis homicidium V. C. sub censura prohibitum, inchoavit intra diœcesin, hominem persequendo aut vulnerando; consummavit verò extra diœcesin, eundem occidendo, non incurrere censuram in homicidas laram.

Subditus extra diœcesin agens ligari potest censura per

ra per sententiam particularem Prælati sui. Prob. 1.
Ex discrimine inter statutum; & præceptum siue sen-
tentiam, statutum enim immediatè tendit ad terri-
torium, illique cohæret, idèò neminem ligat extra.
Præceptum autem & sententia immediatè tendit ad
personam, eiusque ossibus adhæret vbiq; locorum.
2. Superior subdito discessuro aliquid præcipiens aut
prohibens sub censura, non fert sententiam extra, sed
intra territorium suum: licet autem sententia, cõmis-
so crimine, incurtatur extra territoriũ, id tamè fit sine
cognitione causæ, & strepitu iudiciario, quia ex com-
municatio, & quæuis censura lata sententiæ, tacitam
ac veluti insensibilem executionem secum trahit, cõ-
pastoralis, in fine, de appellat.

8. Cur Prælati subditis suis extra territorium
dicere non possit, causa est, ne alienam iurisdictio-
nem inuadere censeatur, quare hac causa cessante
puta, si iudiciarius processus necessarius non sit, nihil
obstat, iurisdictionem aliquam exercere.

C A P. V.

Ob quam Causam censura ferri possit.

Nulla Ecclesiastica Censura ferri potest ob pe-
ccatum merè internum. (Ratio, quia Ecclesia
iudicat de occultis. c. sicut tuis, de simonia) nec ob qu-
uis externum nisi mortale. Ratio, quia pœna debet
esse commensurata culpæ, c. Felicis, de pœnis in
iudex pœnam metietur ex culpa. Sed censura, V. Censura
communicatio maior grauissima pœna est, gladii
spiritualis, ac neruus Ecclesiasticæ disciplinæ. Ergo
grauem siue mortalem culpam exigit.

Non etiam ob quoduis mortale ferri potest
communicatio maior, aut alia censura propria dicta

sed debet esse peccatum inobedientiæ, & contumacia, per quam reus Ecclesiæ monentis ac præcipientis auctoritatem spernere censeatur, non requisita quidè formali contèptu, sed sufficit inobediètia generalis & contèptus interpretatiuus, ne fateri cogamur eū duplex peccatū cōmittere, qui opus sub censura prohibiū exercet. Ratio Conclusionis sumitur ex Matt. 18. Si Ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus id est, tanquā non sit intra gremium Ecclesiæ.

Censura non incurritur ob peccatum, quod iuri tantum naturali ac diuino repugnat, sed requiritur Ecclesiæ præceptum.

Censura nunquam incurritur ob peccatum merè præteritum, nullamq; præsentem contumaciam cōtinens, licet alioquin grauissimum sit, vt blasphemia, Sodomia, &c. Et sententia communis, & sumitur ex c. citato, ex parte, vbi 2. tantum causæ adferuntur, ob quas Excommunicationis sententia in aliquem ferri possit, vel quia citatus ac monitus à peccato abfistere, siue iuri parere non vult, vel quia pro commisso peccato satisfacere iussus, recusat.

Censura infligenda non est, nisi præcedente canonica monitione, colligitur ex Apostolo ad Titum 3. Hæreticum hominem, post vnā & secundam correptionem, deuita. Ratio, qui Censura non fertur nisi in eos qui contra Ecclesiam contumaces sunt: Tales autem non sunt, nisi qui præcedenti monitione obedire recusant.

NB. Antemonitionem Reus non censetur contumax.

His addendum, Canonicam monitionem oportere esse trinam, interposito aliquorum, saltem 2. vel 3. dierum interuallo. Potest etiam vnica monitio fieri

fieri pro trina; praefixo eo temporis spatio, quod pro trina sufficiat. Quamvis si criminis aut mali impendentis periculum, factue necessitas interdum aliquid suadeat, delationemque non pariat, tunc iudex statim rem aggredi, & excommunicationem profere possit. Debet autem huiusmodi monitio ad reum personaliter fieri, nisi is malitiose latitet: tunc erit satis est, citationem ad domum vel valvas Ecclesiae fieri, si autem per contumaciam non apparet, etiam absens excommunicari potest.

5 Si ipso iure decreta sit censura sententiae latae, alii monitio non requiritur, sed reus antequam declaratur à Iudice citari & audiri debet. Prius probatur, quia ipsa lex aut Iudicis praecipuum generale, vel speciale sub tali comminatione latum, continuo admonet, & merito inobediens & contumax censetur, qui obediens recusat. Posterius prob. quia iure naturali debetur ipsi ius defendendi se.

NB. Quod si factum aut crimen adeò notorium sit, ut manifestum sit nullam defensionem aut excusationem reo competere, citationem intermittere potest: quia *excessus notorius examinatione non indiget.* c. 1. de elect.

6 Si à iure decreta sit censura ferendae sententiae, infligi non debet reo, etiam conuicto, nisi praecedat monitio. Ratio patet ex dictis, quia talis censura non à lege, sed ab homine fertur, ideò legis monitio non sufficit, nisi etiam hominis monitio praecedat, saltem ordinariè, & nisi aliud causae gravitas sententiae necessitas requirat.

7 Ignorantia (si crassa non sit, nec affectata) tum facti, tum facti, etiam concomitans, à censura excusatur. Ratio, quia ad incurrendam censuram requiritur

contumacia Ignorans autem contumaciam, is contumax non est. *Non enim contemnit disciplinam, qui ignoravit.* l. si ignorans, 50. ff. locati.

NB. Ignorantia, inconsideratio & obliuio non supina æquiparantur.

Nota. Clericum percutiens & nesciens Clericum, peccat quidem, sed non incurrit excommunicationem. Ratio, quia ignorantia tollit voluntarium, circa obiectum illud, quod ignoratur. Item Rusticus percutiens Clericum & nesciens, licet optet esse clericum, tamen non incurrit excommunicationem. Ratio, quia censura nunquam fertur propter internam præteritam operantis dispositionem habitualement vel actualement, sed propter externam Ecclesiastici mandati contumacem transgressionem.

Qui scit opus prohibitum esse, nescit tamen annexam censuram, eam non incurrit. Ratio, quia oportet censuram esse pœnam medicinalem, at non esset medicina, sed tantum obesset, si etiam ignorata incurreretur: secus est in irregularitate, eo quod irregularitas non contrahatur propter contumaciam, sed propter turpitudinem seu maculam culpæ, qua criminosis secundum Ecclesiæ canonem, in habilis redditur ad altaris ministerium.

Qui ex graui metu Ecclesiæ legem transgreditur, censuram euitat, licet quandoque à culpa mortali non excusetur, ut si quis ob mortis metum cum sanguinea matrimonium contrahat, & consummet, tum, quia ad censuram requiritur contumacia: qui autem ex graui metu peccat, alioquin non peccaturus, non censetur contumax. Ergo &c. Tum quia in ordine ad forum externum, & leges positiuas Ecclesiæ, grauis metus censetur iustus probabilis, tamen si
inter-

interdum à peccato non excuset, spectato iure naturali. Ratio Concluf. Quia Ecclesiasticæ leges ordinariæ non obligant cum tanta securitate.

NB. Si sacerdos excommunicatus ac publicè denunciatus, graui metu adactus, audiat confessiones, non sine irreuerentia Sacramenti; quod tali casu inualide administratur incurrit censuram, quia Quotiescunque actio per censuram prohibita, ratione talis prohibitionis, intrinsecè mala redditur, tunc eam ob grauem motum exercens, contra Ecclesiasticam legem delinquit, & pœnam incurrit.

Aliud Exemplum, vt qui ex metu graui communitur cum excommunicato, in contemptum Ecclesiasticæ potestatis, nam his casibus Ecclesiastica lex obligat, vt non obstante quouis incommodo perueniatur, bonum publicum fidei ac Religionis, aut Sacramenti reuerentia & honor defendatur.

C A P. VI.

Quibus Casibus Censura iniusta, & quibus etiam inualida sit.

1 Censura interdum iniuste fertur; tamen valida, si forma iudicij, (canonica admonitio sententia prolata in scripto coram testibus in causa) in censura ferenda à iudice non feruetur.

2 Censura lata post appellationem legitimam, cum alio defectu substantiali, sine iusta causa publicè nota, vel à non habente iurisdictionem irrita, quare nec timenda, per se loquendo.

3 Si causa ferendi censuram reipsa non subsistat, quamuis in foro externo secundum allegationem appareat, non obligat in Conscientia deber tamen obseruari talis censura, quatenus necesse est ad publicam

blicam disciplinam, & Iudicis auctoritatem tuendam. Probatur prius, quia Ecclesia nec vult, nec potest excedere limites datæ sibi potestatis: atqui potestas censuræ Ecclesiæ per se tantum data est contra contumaces, non contra innocentes. Ergo non potest, nec vult ligare hos, nisi quatenus id per accidens est necessarium ad publicam disciplinam, & auctoritatem Iudicis tuendam; Consequenter si hæc ratio cesseret, quia res occultè agitur, vel coram ijs, qui hominis innocentiam perspectam habeat, non est is censura ligatus, cum nec coram Deo ligatus sit: quia *aternali tribunal Iudicis illum reum non habet, quem iniuste iudex condemnat.* c. 1. de sent. & re iudic. in 6. Posterius probatur ex S. Gregorio, hom. 26. in Euang. *Sententia Pastoris seu iusta, seu iniusta fit, gregi timenda est.* Ratio, quia Iudex ex officio suo pertinente ad publicam utilitatem ac disciplinam, cui merito commoda privata posthaberi debent, obligatus est, ut in iudicio secundum publica allegata & probata sententiam ferat, Reo præcipiat, tam etsi privata notitia eundem innocentem cognoscat; sed innocentiam eius, publicè ac legitime ostendere non possit: Consequenter in tali casu Reus condénatus, iustæ iudicis sententiæ parere obligatus est, quatenus præcisè necessariū est ad publicam disciplinam, & Iudicis auctoritatē tuendam.

NB Qui talem censuram violat, Clericus innocens excom: actum sui ordinis exercens, non contrahit irregularitatem. Ratio, quia talis non merè & simpliciter, sed tantum apparenter, & in ordine ad forum externum censura ligatus est: Cum autem Canones irregularitatem decernunt violatori Censuræ, intelligi debent de vera & simpliciter dicta censura, quia odia & pœnæ restringenda sunt.

NB. Ta-

NB. Tamen Sacerdos innocens & externè excomm. conuictus de sacrificio occultè celebrato tanquam irregularis à Iudice condemnari potest, quia in foro externo censetur excommunicatus. Quod si monitus desistere nolit, tunc propter contumaciam poterit verè excommunicari. Quod si talis innocenti, secundum alleg. & prob. excommunicato, beneficium conferatur, collatio quidem in se valida & prouisus in conscientia tutus, tamen irritatus à Iudice potest. Ratio, quia talis excommunicatio materialiter iniusta, non reddit hominè verè & simpliciter inhabilem; sed solum in ordine ad forum externum & publicam existimationem, quatenus ita necessè est, ratione communis boni, ac disciplinæ.

Ad substantiam Censuræ requiritur antecedens monitio, non tamen tria, nisi in casibus iure expressis.

C A P. VII.

De Absolutione & Censura.

Censura propriè dicta alio modo non tollitur quam legitima absolutione, vt nimirum eadem publica potestate, qua contracta est, etiam dissolvitur. Non enim tollitur per mortem ferentis, & pœna per legitimam Iudicis sententiam infligitur, transit in rem iudicatam, adeoque non finitur morte aut depositione Iudicis imponentis: multo magis quæ à iure imposita pœna est, ab eius auctore dependet, sicut neque ipsum ius, neque statutum: neque per mortem excommunicati, excommunicatio omnino extincta censetur; cum etiam mortuus Ecclesiæ suffragijs & sepultura sacra carere debeat.

NB. Co

NB. Censura contracta non cessat per se ipsam deposita contumacia, sed per iudicem per absolutionem tolli debet, nisi tali conditione censura lata (quod fieri potest) ut quamprimum à contumacia recesserit, vel satisfecerit, ipso facto absolutus existat. Nam sicuti valor cuiuscunque liberæ concessionis immediate pendet à voluntate concedentis; ita & valor absolutionis à voluntate absolventis: consequenter, si is velit, hoc vel illo eueniente concessionem absolutionem uè ratam esse, statim ita erit. Alia ratio est de Sacramentis, quæ (excepto matrimonio) inualidè conferuntur sub conditione pendente in futurum; V. C. absolue te si restitueris; propterea quod ministratio Sacramentorum non dependeat ex libera voluntate, & intentione ministri, nisi ea acta concurrat cum exhibitione materiæ & formæ secundum Christi institutionem.

NB. Reg. 50. in 6. *Actus legitimi conditionem non recipiunt neque diem.* Vera est, sed de ijs actibus tantum, quibus ex propria natura vel institutione repugnat, diei aut conditionis adiectio; licet autem repugnet, censuram propriè dictam ferri ad certum diem vel tempus, V. C. excommunicatus esto ad triennium; propterea quod censura non sit pœna mere afflictiva, sed contumaciæ correctiva; non tamen repugnat censuram ferri sub hac conditione, ut duret, donec in contumacia perseveratur: quamuis non sit inoris, tali modò censuram decernere, ut præstita satisfactione expiret censura; sed potius ut à Iudice per legitimam absolutionem auferatur.

A censura lata per sententiam particularem is tantum absoluit, qui eam tulit, vel eius superior, successor, aut delegatus; quia eiusdem & soluere & ligare;

M

&

& par est ius soluendi & ligandi, intellige, dummodo iurisdictio in illo daret.

NB. Delegatus habet potestatem intra annum, etiam si tempus delegationis finitum sit, si positâ contumaciâ reg. sententiâ parere velit, et absoluendi: post annum verò ad delegantem remanere debet.

NB. Prælatus provincialis potest absolueret omnes, quos prior aut Guardianus excommunicat. Archiepiscopus verò non potest absolueret subditos Episcopi, nisi ad ipsum sit appellatum. Episcopus quoq; Excommunicatos Regulares à proprio Prælato ex causa pertinente ad regularem disciplinam, soluere non potest, quia *correctio Monachi primo loci Abbatem spectat*, nisi regulares non exempti ab ipsius sententiâ prælati ad Episcopum appellent.

Cæterum, præter hos, qui numerati sunt, nemini solvere potest. Ratio, quia Iudicialis causa, per citationem, quæ necessariò sententiâ Censuræ recedere debet, coram proprio Iudice cœpta est. Ergò si alius Iudex quicumque (præter superiorem, successorem vel delegatum) se intromittat, & Remanere soluere tentet, manifestò eius Iurisditionem violat & inturbat.

NB. Quod si autem ligatus excommunicatus longissimè distet ab authore, paratus satisfacere, potest interim absolui ab inferiore, præstita cautione, quamprimum poterit, còspectui eius, ad quem Ordinatio absolutio spectat, se præsentare velit.

3 Quicumq; iure ordinario, vel privilegio potest soluere à censura iuris, is etiam potest absolueret censura per sententiâ generalem Ratio, quia ce

si iura generaliter lata non continent propriè sententiam iudicis, quam rescindere alius non possit, sine violatione Iurisdictionis, sed potius continent præceptum, sub tali pœna siue censura impositum, ideoque æquiparatur in hac parte censuræ iuris.

Præuentus à Iudice (exemplum habes in causa Paro-
4 rochi Kulcensis) forum ipsius in eadem causa declinare non potest. V. C. Subditus Episcopi, seu ratione domicilij, seu ratione solius delicti, excommunicatus ab Episcopo suo mutans domicilium non potest ab altero Episcopo absolui, eò quod prior Episcopus, qui excommunicauit propter causam in Consistorio suo cœptam & nondum absolutam, ius in excommunicatum adhuc retinet. At verò, si quis in propria diœcesi iuris excommunicationem, aut sententiæ generalis contraxit, ac postea in alium episcopatum commigret, potest tunc ab Episcopo loci absolui.

Potestas absoluendi à Censuris, interdum delegatur personæ particulari, & quandoque etiam respectu certæ causæ, interdum verò vniuersim Episcopis, Ordini Regularium, &c.

Si potestas absoluendi à censuris absolutè concedatur, intelligitur etiam in Ordine ad forum externum, nisi ex adiunctis aliud colligi debeat.

NB. Cum in Bullis Iubilæi, aut Cruciatæ datur potestas Confessarijs absoluendi ab omnibus peccatis, & censuris, intelligi debet in ordine ad forum conscientie tantum: sic absolutus à peccatis enormibus, V. C. Magia, nihilominus tamen puniri potest à Magistratu: quia forum Conscientie, & forum externum Iudicij valde distincta sunt: siquidem in illo præcipue spectatur animæ salus & diuinæ offensæ compensatio: in hoc verò

ad publicam etiam vindictam, & Reipublicæ satisfactionem attendi debet.

- 7 Absolutio data in foro Conscientiæ tantum, (C. ab excommunicatione notoria) non prodest in foro externo, nisi Iudex eam ultro acceptare velit, & accusationem fiscalis repellere quod potest.

Quod si Excommunicationis V. C. Censura coacta fuit, tunc non prohibetur, qui ab ea in foro conscientiæ absolutus est, etiam publicè celebrare.

Quod si excommunicatio notoria fuit, & ea ad forum iudiciale deducta fuit, tunc si quis celebravit & absolutus fuit in foro conscientiæ, absolutio celebratio cedit aliquomodo in præiudicium forei externi: ut proinde Iudex ialem absolutionem non cogatur, sed celebrantem tanquam irregularem punire possit. Hinc privilegiatus sine sensu Ordinarij absolvere facile non debet à censuris notorijs, si eæ ad forum iudiciale deductæ, & probabiliter deducendas putat. Ratio, quia absolutio danda non est, priusquam parti læsæ & Ecclesiæ læsæ, satisfactum sit. Propterea quod Reus, postquam absolutionem consecutus non ita efficaciter ad præstandam emendationem urgeri possit.

- 8 Absolutio à censura interdum confertur ad cautelam, si dubitetur V. C. Absoluto, si incurrit interdum ad reincidentiam cum certa conditione, quam nisi absolutus intra præfixum tempus, quod primum potest, Ordinatio se sistat, & partilæ satisfaciat. Quod si reincidatur, requiritur nova contumacia, & nova sententia.

PARS SECVNDA.

De Censura Excommunicationis.

CAP. I.

Quid sit Excommunicatio, & quotuplex?

Excommunicationis nomen, si absolute proficiatur accipi solet pro maiore; qua aliquis propter contumaciam ab Ecclesie communiione separatur: Minor solum secundum quid priuat usu sacramentorum. Passiua Maior Excomm. habet fundamentum in verbis Christi Matt. 18. Si Ecclesiam non audierit, & in Apost. 1. Tim. 1. qui quosdam tradidit Sathanae.

Triplex est Communio fidelium: Merè interna, (consistit in fide ac charitate, per quam fideles inter se & cum Christo mysticè copulantur. Ratione cuius vnionis vnus pro altero o a e potest.) Puri è externa (consistit in conuicta & Colloquio, commercijs fidelium) Media siue mixta, (quæ in exterioribus Actionibus vel Cæremonijs existens, interior em spiritualem fructum, ex propria institutione continet. Huc spectat usus actiuus & passiuus sacramentorum, Ecclesie suffragia, quæ in sacrificio, alijsque publicis officijs ad Deum pro vniuersa Ecclesia funduntur: Item Satisfactiones Christi & Sanctorum, quæ ex communi Ecclesie Thesaurò per indulgentias fidelibus iustis applicantur: Cum enim Ecclesia visibilis sit, ideo communicatio ista seu applicatio communium orationum & satisfactionum per sensibilem actionem fieri debet.

- 3 Ecclesia neminem priuare potest communionem fidelium merè interna, quæ est per Fidem ac Charitatem, quippe quibus nemo inuitus spoliatur, Charitas potest esse in excommunicato, si deponatur contumacia ante absolutionem conteratur.
- 4 Pro Excommunicatis licitum est orare priuatim intentione, etiam in memento Missæ. Nam huiusmodi actiones siue opera pia cuiusque operantis propria sunt, idè ad ipsius liberam applicationem, & non ad Ecclesiæ dispensationem pertinent.
- 5 Ecclesia per Excommunicationem priuat bonorum communibus suffragijs, vlti Sacramentorum fidelium conuictu. Ratio, quia quæuis Respub. potestatem habet subditum rebellem à reliquorum uiuium consortio excludendi: Et gò etiam ad Ecclesiam vt Rempub. perfectissimam, id pertinet, vt subditos sibi noxios à fidelium Communionem separet: ut non alios inficiant, tum vt sic magis pud facti, citius reuertantur. Idque facit Ecclesia non secundum internam communicationem, quæ est per fidem, sed secundum externam communicationem spiritualium bonorum, ex Ecclesiæ voluntate & dispensatione priuatum communicationem.
- 6 Excommunicatio est pœna, qua nulla maiori Ecclesia est: quare ad eam non deueniendum, posteaquam monitionibus nihil obtineri possit, ne ipses affulgeat, cuius fructus ad reum emendandum vel saltem bonum publicum promouendum.
- NB. Communitas Collectiue excommunicari non potest, nisi omnes ac singuli culpabiles. Nam excommunicationis pœna hominem priuet spiritualibus bonis, quæ ad animum propriè pertinent, infligi ea non debet, nisi ob propriam grauem culpam.

Anathema ab excommunicatione Essentialiter
non differt. Dicitur enim *αἰὶν δευα* quasi separatio a-
licuius ab Ecclesia, ratinquam maledicti & Exe-
crandi. Hæc vox Anathema adhibetur & vsurpatur inter-
dum ad significandas accidentales solemnitates &
ceremonias adhiberi solitas in Excommunicatione,
videlicet vt 12. Episcopum Presbyteri circumstant,
qui lucernas ardentes in manibus teneant, casque in
terram proijciant, & conculcent in detestationem
excommunicati.

C A P. II.

De Effectibus Excommunicationis.

Primus Effectus est. Excommunicato sacramenta
suscipere non licet; validè tamen ea suscipit, exce-
ptis sacramentis pœnitentiæ. Excusat tamen pericu-
lum mortis, infamiæ, scandali, &c. quia lex & Censu-
ra Ecclesiastica non obligat cum tanta seueritate.

Secundus Effectus. Excommunicatus priuatur
communibus Ecclesiæ suffragijs & satisfactoriis.
Ratio, quia horum spiritualium bonorum Ecclesia
vel Domina est, vel dispensatrix, vt proinde ea indi-
gnis & contumacibus denegare possit ob maius bo-
nũ publicũ tum ipsorummet excommunicatorũ.

NB. Excommunicatus non peccat emanendo è
Missa die festo, nec tenetur se disponere, quia ea di-
spositio est valde remota.

Excommunicatus, per quem stat quominus absol-
uatur, videtur peccare contra Ecclesiasticum præce-
ptũ, quando in Paschate se disponere negligit ad per-
cipienda Sacramenta Pœnitentiæ, atq; Eucharistiæ.
Ratio, quia illa præcepta per se obligant ad mundandã
animam, & consequenter ad tollenda vincula tum

mortalium peccatorum, tum etiã excommunicationis

4 Excommunicatus, licet emendatus sit, quamvis
tamen absolutionem non accepit, non videtur gaudere suffragijs Ecclesie, & quia Excommunicatio est pura pœna, potest manere etiam sublata culpa.

5 Quartus Effectus. Excommunicatio interdicitur
est vltus actiuus, seu administratio sacramentorum (idque iure fit ab Ecclesia, cum ministratio Sacramenti sit ministerium publicum, Ecclesie commissã Christo, vt proinde indignis ac contumacibus interdicitur iure possit. Excipere necessitatem. Valet tamen Sacramentum administratum ab excommunicato, excepto pœnitentiã, quippe ad quod iurisdictio requiritur, qua excommunicatus non toleratus caritur, quippe ipsi allata prãterquam si publicus error sit cum titulo prãsumpto inrerueniat.

6 Excommunicatio prohibetur est diuina officia celebrare, vt Sacrificium Missæ; Excommunicatus præsens sacrificio Missæ, expellendus à laicis; quod non fieri potest, sacerdos ab altari recedere debet a te Canonem; Prohibita publicæ horæ canonice processio, &c. tamen priuatim horas orare debet, ex propria iniquitate commodum ferat, priuatim iam fructibus, non potest dicere Dominus vocat cum, sed si dicat, non mortale.

7 Quintus Effectus. Excommunicatus inhabilitatur ad Ecclesiastica beneficia, quare electio aut præbatio irrita est, etiam ignorans excommunicationem, tum qui bona fide accepit beneficium, si cognoscit tenetur relinquere, non tamen fructus, si inde dictum factus non est, teneatur reddere. Ratio Condi. Quod assumptio ad beneficia, est communicatio Ecclesie, si ca; alia ratio, reg. c. vlt. de cleric. excom. Prohibetur

exercitio actus, censetur prohibitum illud omne, per quod peruenitur ad illum actum.

Excommunicatus incapax est pensionis Ecclesiasticæ; quia pensio datur propter officium, quo non potente præstare Excommunicato, est incapax. 8

Si excommunicatus in contumacia, vel mora petendæ absolutionis persistens, officium suum nec per se, nec per alium obeat, fructus beneficii nõ potest percipere: si verò præster, quamvis peccet, potest tamen retinere fructus in foro conscientiæ, quia in externo foro indignus censetur, ut alatur ex bonis Ecclesiæ. Quod in conscientia retinere propriè patet, quia ideò, quòd priuatus redditibus id publico iure expressum, si scilicet, V. C. Parochus occultè sit excommunicatus, & faciat suum officium. 9

Si excommunicatus à contumacia recessit, neque pereum stat, quominus absoluaatur, fructus beneficii percipere potest, licet officium suum non præster, quia nõ potest: sicuti & beneficiarius infirmus percipit fructus, esto culpa sua causam infirmitati præbuerit, quia legitime impeditus. 10

Ad beneficium legitime electus, si postea in excommunicationem lapsus est, non potest durante excommunicatione acceptare illud. 11

Sextus Effectus Rescriptum Sedis Apostolicæ ab excommunicato impetratum non valet. 12

Septimus Effectus Excommunicatus non toleratus omni exercitio Ecclesiasticæ iurisdictionis priuatus est; quare nec eligere nec præsentare potest, potest tamen assistere matrimonio. 13

Octauus Effectus. Excommunicatio hominem priuat communicatione forensi: Si tamen actor, aduocatus & testis in iudicio, neque à Iudice, neq; per 14

aduersarii exceptionem repellentur, a & a eorum valent: secus est de Iudice nō tolerato, cum Iurisdictione careat; quia substantia iudicii vitiatur, si defectus sit in Iurisdictione.

15 Neq; Tabellionis excommunicati ac vitandi instrumentum authenticum censei potest.

16 Nonus Effectus. Excommunicato prohibita est omnis politica fidelium (hæreticorum etiam) communicatio per literas, nutus, munera, si conueniant vt focii formaliter, non verò præter intentionem præterquam in casibus, iure aut necessitatis ratione exceptis; cuiusmodi comprehenduntur in his regulis:

Vtile, lex humilis, resignorata, necesse.

Vtile, id est, notabilis vtilitas corporalis & spiritualis; exhortatio, eleemosyna, Consilium. *Lex*, est, matrimonialis, etiam in mensa, vtroque. quod in correlatis quod statuitur de vno, censetur etiam de altero statutum. *Humile*, id est, humilitas subiectiōnis, filiorum in parentes, &c. & personæ subiectiōnis domini in diuinis, v. c. lectione horarum possunt communicare cum Dominis. *Resignorata*, siue ignorantia tam iuris, quam facti.

17 *Necesse*, Necessitas communicandi cum excommunicato, ratione delictorum, contractuum bonæ fide, & emptionum.

18 Decimus Effectus est; Si Excommunicatus ante integro excommunicatione contumaciter perierit, de hæresi suspectus redditur.

19 Undecimus Effectus: Si excommunicatus ante absolutionem moriatur, sepultura Ecclesiastica perueniatur; quia hæc censetur quædam cum mortuo communicatio: Sacris autem Canonibus institutum est vt quod

ve quibus non communicamus viuis, neque mortuis communicemus, c. sacris de sepult. Si tamen signa penitentiae etiam post mortem edidit, absolui debet: qui verò ex contumacia sepeliri praesumunt excommunicatos, ipso facto excommunicationem incurrunt.

CAP. III.

De Peniis, quae incurruntur ob communicationem cum excommunicato.

1
Communicare cum excommunicato in crimine criminoso scilicet, id est, in illo scelere propter quod quis excommunicatus fuit, incurrit Excommunicationem maiorem secus minorem.

2
Communicare cum excommunicato in diuinis seu rebus sacris est mortale, quia valde repugnat auctoritati Ecclesiasticae & dignitati rerum sacrarum, si ad has, quae maximè propriae sunt filiorum Ecclesiae, admittantur, qui ab Ecclesia praecisi sunt. Nisi paruitas materiae excuset, v. c. legere priuatim horas secluso scandalo & contemptu; quia haec priuata communicatione non continet tantam deformitatem.

3
Communicare cum excommunicato in rebus politicis, plerumque est veniale: quia huiusmodi communicatio est leuis, & non admodum repugnans fini excommunicationis: quippe cum per se primo adire & prohibeatur vsus rerum spiritualium.

4
Communicare cum excommunicato, tum in sacris, tum politicis sine iusta causa incurrit excommunicationem minorem.

NB. Excommunicatio minor est censura per se solum

lum priuans vsu passiuo siue susceptione Sacramentorum, est extra necessitatem: quia materia huius prohibitionis grauis est; est mortale suscipere Sacramenta.

Administrare Sacramentum in minori excommunicatione est veniale propter irreuerentiam.

NB. Episcopus in minori Excommunicatione constitutus, peccat venialiter, si celebretur, mortaliter verò propter communionem.

NB. Absolutio à Censura non est Sacramentalis hinc ante confessionem potest conferri.

5 In minori excommunicatione existens, non potest eligi ad beneficium, aut illi conferri, quæ est re grauis; tamen valida electio, sed potest irritari, si scuerit excommunicatum se esse.

6 Simplex Sacerdos non potest absoluerè à minori excommunicatione, contra electum, quia nō habet iurisdictionem in foro externo.

C A P. IV.

Quinam excommunicati sint vitandi?

1 **N**ulli excommunicati vitandi, nisi nominati & publicè denunciati, vel notorii percussor clericorum notitia facti, idque ob consuetudinem statutum Concilii Constantiensis, *Ad euitanda*, &

2 NB. A pœna iuris non appellatur, sed à sententia Iudicis declarantis incidisse aliquem in pœnam iuris.

NB. Clericus vitandus non est, si sit dubium Iuris (quia percussor se defendere potest aliqua probabilitatis ratione, quod non sit excommunicatus, et quod ex vehemènti passione iræ percusserit. Propter

verba Concilii; *Aut aliquo iuris suffragio excusari possit, secus est, si percussio notoriè facta sit, vt nulla tergiversatione celari possit.*

Qui in vno loco ob excommunicationem denū- 3
ciatus est, alibi vbi eius excommunicatio ignota, vitandus est occultè non publicè: ratio, quia à lege antiqua recedendum non est, nisi quatenus in lege noua exprimitur.

Cum igitur in Constantiensi extrauagante nihil decretum sit circa modum excommunicatum vitandi, publicè an occultè; sed solum circa qualitatem excommunicatorum, vt cum denunciati sint, necne; idè standum est iure antiquo. Sed Clerici percussor in loco vbi id ignotum nec in occulto vitari debet Ratio, quia sententia denunciatoria Iudicis, sicut & excommunicatio afficit personam, quæ proinde illam secum fert, quocunque vadat, accedente etiam iuris communis dispositione. At verò publica notitia facti, seu criminis commissi, circumscripta est loco; ponimus enim alibi crimen occultum esse.

Fideles si velint, abstinere possunt à Communione Excommunicati non vitandi, si excommunicatio publicè nota sit. Quare licitum est Iudici, aut parti litiganti exceptione repellere Actorem, Aduocatū, Testem excommunicatum; Regularibus & Clericis recusare Imperium Episcopi, Abbatis excommunicati, nec cogi possunt subditi, vt à Parocho excommunicato Sacramenta suscipiant, eius Missæ intersint. Ratio, quia Concilium Constantiense non ipsis excommunicatis, sed solum reliquis fidelibus fauorem & gratiam conferre voluit. Quod autem ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendū, reg. 61. in 6. Et Nemo beneficio inuitus vitæ cogitur. Ex-
cipe

cipe Consuetudinem Germaniæ contrahendi cū hæreticis.

5 Communis est doctrina, quod fideles peccent, si sine vlla causa necessitatis, excommunicatum emendatum inducant ad sacrificandum, vel sacramenta ministranda, si alius minister facile haberi possit, quia indecens esset eum sacrificium Missæ offerre pro Ecclesia, à qua præcisus est, quare excommunicatus id præstare non potest sine causa, consequenter nec fideles ab eo petere. Contrarium tamen est probabile, propterea quod Concilium Constantiense fidelibus absolute concesserit facultatem communicandi cum talibus, tam in sacris, quam politicis rebus, consequenter neque ipsos excommunicatos præcise ob censuram peccare, si rogati, sacramenta ministrent, modò se non ingerant.

6 Etsi ipsi excommunicati tolerati se ingerere non debeant, cõmunioni fidelium, præsertim in sacris, tamen licetè requisiti aut rogati parere possunt; vnde Parochiani à parochia administrationem Sacramenti exigant: ne gratia fidelibus facta cum excommunicatione tolerato communicandi inutilis sit.

7 Excommunicatus non vitandus validè absoluitur peccatis & exercet actus Iurisdictionis voluntariæ (ne frustranea sit Concessio Concilii Constantiensis) non item coactiue. Ratio, quia in Extravagante Constantiensi nullum ius, factor, aut licentia datur est excommunicatis, nisi quatenus cedit in gratiam reliquorum fidelium. Ergo actus Iurisdictionis coactiue, Iudicis excommunicati, non minus inefficaces & irriti sunt nunc, quam olim fuerunt.

NB. Ad bonum publicum pertinet, si impedimentum eius, qui publicum officium gerit, occultum

tum sit, ut eius acta valeant; nō item, si impedimen-
tum notorium existat.

Prebabile est, quod liceat hodie publicè orare, 8
sacrificare pro excommunicatis toleratis (non pro
percussoribus Clericum) etiam hæreticis: modò
horum nomina in Missa non exprimantur contra
Ecclesiæ morem, aut cum scandalo. Ratio, quia
Cōcilium Constantiense solum loquitur de non to-
leratis, & denunciatis.

NB. Iudicis excom. tolerati iurisdictio manet.

Excommunicatis toleratis, præcise ob censuram, 9
sacra sepultura negari non debet. Ratio, quia sacra
sepulturæ eadem est ratio, quæ diuinorum officio-
rum ac suffragiorum.

NB. Hæreticus si signa contritionis & conuersio-
nis edidit, loco sacro sepeliendus est tamē cum Cō-
silio Episcopi ob scandalum.

NB. Consuetudo sepeliendi hæreticos in loco sa-
cro in Germania toleratur, etiam Comitatio Catho-
licorū amicorum ad funus. Ratio; quia talis comita-
tus cognationis, aut necessitudinis causa præstitus,
potius ad politicam communicationem pertinet.

CAP. V.

*De Excommunicationibus Iuris, & ob Clerici
percussionem.*

AB Excommunicatione Iuris non reseruata, qui- 1
uis expositus sacerdos tacita commissione Au-
thoris absolueret potest, iuxta caput nupcr. *Quia con-
ditor Canonis eius absolutionem specialiter sibi nō retinuit,
eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi.*
Casus Bullæ Cœnæ Domini (sic dictæ, quia quot-
annis

annis in Cœna Domini renouari solet) spiritualiter Summo Pontifici reseruantur, sunt latae sententiae, & expirarent mortuo Summo Pontifice, nisi, vt nunc fieri solet, specialiter caueretur processus Bullares robur suum obrinere etiam vacante sede, vsq; ad tempus, quo à futuro Pontifice denuo edantur.

NB. Episcopos quosdam in partibus Septentrionalibus ob casuum frequentiam & difficultatem ad eundem Romam, per se vel Vicarium suum absolueri consueuisse subditos suos ab hæresi manifesta Et Beccanus ait; *Bullam Cœna Domini in multis Germania prouinciis non esse vsu receptam.*

NB Licet generatim concedatur potestas absoluendi à Censuris Bullæ non censetur comprehendere absolutio ab hæresi nisi speciatim explicetur. Nam *generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset vt similiter in specie concessurus.* reg. 81. in 6. Censuræ aut Bullæ, & inter eas Excommunicatio ob hæresin peculiarem reservationem habere solent, sicut praxi stylus Curia ostendunt.

3 Excom. Canonis: *Si quis suadente diabolo*, &c. currunt omnes, qui Clericum, quamuis primatorem, siura iniuriam percusserint, nisi quod quibusdam Casibus Clerici priuilegio Canonis priuati sint, Bigami, qui cum altera vidua contraxerunt, aut ab altero corrupta.

Nomine Clericorum intelligit etiam coniugatos, si habitum & tonsuram gestent, à laicis Ecclesiasticis ministrantes ex mandato Episcopi; secus si ab habitu, & ter moniti non abstineant à negotiis secularibus.

NB. Clericus occultus si sine habitu in enormi crimine à seculari Iudice deprehensus, allegando

Clericum, petere potest se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, & audiendus est.

Laici non possunt capere Clericos incorrigibiles nisi mandato prælatorum. Quod si Clericus in sacris in iniquo bello militet non amittit priuilegium fori, quia priuilegium fori non amittitur, nisi per sententiam degradationis realem aut fictam, quæ in absentem à Iudice ferri solet.

Clerici, si officium Cauponis aut lanionis exercent, & post 3. monit. Episcopi non destiterint, sique coniugati habitum dimiserint, priuantur omni priuilegio: si autem coniugati non sint, & habitum retineant, gaudent quæ in priuilegio fori & Canonis; sed tunc non gaudent liberatione à vectigalibus.

Omnes Religiosi vtriusque sexus, eorumque conuersi ac conuertæ, Canonis priuilegio gaudent; etiam Terrarii, Eremitæ, si vigore voti, aut alia obligatione Ecclesiæ vel Ordinal. cui add. scti, quia est res fauorabilis.

(Suadente diabolo.) Ad Excommunicationem Canonis incurredam, requiritur iniuria grauis mortalis, cum violentia illata Clerico, nec sufficit intentio percutiendi, quia verba legis pœnalis intelligenda sunt cum effectu.

NB. Si intentio non sit mortalis, licet percussio sit grauis, non incurritur excommunicatio, quia non esset mortale peccatum.

NB. (Manus violentas.) Significatur quæuis iniuriosa exterior ac corporalis actio circa personam vel res ei adhaerentes. V. C. percutere, vulnerare, violenter in carcere detinere, eripere aliquid per vim, (non verò occultè manusupium abscindere) persequi vt incidat in fossam, iniicere manus violentas in e-

N quum

quum cui infidet. Et si quis pulsatus quidem non est, verum manus aduersus eum leuata, & saepe territus quasi uolens pulsaturus, non tamen percussit, vt in iniuriarum actione tenetur.

Item si Clericus ex malitia seipsum vulneret, aut consentiat, etiam excomm. quia Canon iste non tantum in fauorem Clerici, quam in fauorem Ordinis Clericalis promulgatus est.

6 Etiam excommunicatio ista speciali constitutione extenditur ad mandantem consulentem vel non impedientem, si ex officio impedire debeat, imò etiam ad eum qui mandatum habentem, & omnes eiusmodi concausas, &c.

7 Qui mandatum Clericū verberandi, occidendi ante operis executionem, reuocauit, immunis est a poena excommunicationis, & irregularitatis; licet mandatum nihilominus mandataris exequatur. Suator tamen, etsi reuocet, tenetur ex naturali obligatione ad damni restitutionem in defectum principalis, contrarium tamen est probabile.

8 Certi casus sunt, quibus Clericum percutere Canonis censuram evitat. 1. Ignorantia in dubio legens ignorantiam ad iuramentum cogendus est. 2. Imperfectio actus ob subitam passionem, V. C. pueri in templo se etiam ad sanguinem percussit, non excomm.

NB. Si quis me iniuriet, putans me esse Lucium cum sim Caius, iniuriarum mihi actio contra illum competit. 3. Qui in defensionem sui vel alieni corporis, famæ, bonorum, pudicitiae, Clericum aggressorem detinet, vel percutit, excommunicatio non incurrit. Exemplum habes in Leimbach. Vnde mulier pudicitiam contra Clericum non pe-

rens alio modo seruare, quæ verberibus non incurrit, excom seruato tamen modo defensionis, etiam non incurrit, qui Clericum inuentum cum vxore, sorore, &c. quia iustum talem dolorem compescere difficillimum est; non verò si temporis intervallo interiectum, quo dolor iustus sedari potuit, etiam nō locum habet, si quis Clericum cum nepte, sed solum in primo gradu,

NB. Si Clericus iniuriam inferens, vel in flagranti crimine deprehensus de fuga suspectus sit, poterit interim à laico capi, vt Iudici Ecclesiastico præsentetur.

Patri laico non videtur permissum, castigare Clericum in maioribus propter indecentiam, & quia sacer Ordo liberat à patris potestate, intellige sola quoad Effectum castigationis, in minoribus tamen potest castigare filios. 9

NB. Magister laicus, si grauius percutiat Clericū, incurrit excomm facilius tamen excusentur pater & præceptor, eo quod ius habeant Correctionis.

NB. Abbas per seipsum debet percutere Monachū regularis disciplinæ causa, & non per alium, vel si necessitas postulet, per Clericum Monachum. Alia ratio est de Episcopo, à cuius dignitate alienum est Clericum percutere; In Gallia tamen Clerici delinquentes ex mandato Episcopi, verberantur. Præfectus nauis verberans Clericum ad triremes damnatum non excom. Per consuetudinem pueri studiosi Clerici possunt etiam à laico Magistro castigari.

Ab excommunicatione contracta ob leuem Clerici percussione, Episcopi ordinatio iure absoluere possunt, sed etsi grauis fuerit percussio, dūmodo non enormis, in quibusdā casibus Episcopo vel Prælato

Ordinis communi iure absoluendi potestas competit. Quod si clerici se inuicem percutiant, possunt absolui ab Episcopo, nisi facti atrocitas aliud exigat.

Regulares absolui possunt à Prælato, nisi enormis si percussio.

NB. Commendatarii Ordinis S Ioannis se inuicem percutientes, absolui possunt à Priore Conuentus, secus si enormis sit.

NB. Omnes ferè Regulares habent Privilegium absoluendi suos Religiosos, etiam ab enormi percussione.

C A P. VI.

De Absolutione ab Excommunicatione.

1 **P**arochi potestatem absoluendi ab excommunicatione non habent ex officio, tanquam ordinariam, ut eam directè delegare possint; sed solum indirectè, quatenus alicui Sacerdoti approbato committunt facultatem audiendi Confessiones. Episcopus autem potest ex officio cuilibet Clerico dare facultatem.

2 In mortis articulo quivis Sacerdos ab excommunicatione, quantumcunq; reservata sit, etiam extra sacramentalem confessionem absoluerè potest, quia absolutio ab Excom. non dependet à faciem. Parochi etiam id possunt extra mortis articulum à non reservatis.

NB. Inferioribus Clericis commissa non est potestas absoluendi ab Excomm. in articulo mortis, quia licet Ecclesia possit, tamen nullo iure aut consuetudine id ostendi potest. Nam si nullus sacerdos in extremis haberi possit, moriturus per contritionem à peccatis liberari, & post mortem ab Excom. absolui poterit.

C. fas

Casus Papæ reseruat^{us} superueniente legitimo impedimento fit Episcopalis, v. c. Pueri excom. possunt absolui ab Epif. opo, etiam puberes, mulieres, pauperes senes valetudinarii, membris capti, qui ad sedem Apostolicam commodè venire non possunt, item, qui ob publica officia impediti, item qui non sui iuris.

Si impedimentum adeundi Papam temporale sit, absolutus, eo cessante, Apostolico cōspectui se præsentare debet, alioquin reincidit. 4

In articulo mortis sacerdos expositus absoluere potest à casu Papali, licet Episcopus adiri possit: excepto, si specialis commissio facta Episcopis reperitur, v. c. absoluendi percussores Clericorum.

Probabile est, impeditum ire Romã absolui posse ab Epif. opo, licet ad Legatum Papæ se conferre possit. Ratio, quia iura in signum specialis reuerentiæ requiruntur, vt pro absolutione Papa adeatur: si ergo is adiri non possit, cessat reseruat^{io} Papalis, & deuoluitur casus ad ordinarium. Accedit, quod reseruat^{io} Casuum Papalium strictæ interpretationis esse debeat; cum iuri Episcopali deroget. 5

NB. Episcopi potuerunt præscripsisse, maximè ii, qui à Roma remotiores, vt etiam possint absoluere ab excom. Clericorum percussione, hæresi, etiam sine onere illum mittendi Romam si satisfaciat, nec opus est, vt Episcopi mittant suos excom. ad Regulares mendicantes.

Ad Essentiam absolutionis ab excommunicatione pertinet, vt aliquo signo externo manifestetur. 7
Consueta verba sunt, *Absoluo te à vinculo Excommunicationis, quam incurristi propter crimen, v. c. percussionis Clerici sacrilega, & restituo te Sacramentis Ecclesie, & fidelium*

delium communioni, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. In foro externo præmittitur Psalmus 50. & post quemlibet versum humeri pœnitentis denudari leuiter percutiuntur virga, nisi fœmina sit, post mortem, similiter hic modus seruatur.

8 Ante absolutionem ab excommunicatione exigenda est satisfactio parti læsæ, vel cum cautione saltem iuratoria, siue alia, & iuramentum parendi Ecclesiæ, si crimen commissum enorme sit; si tamen hæc, vti debent, non exigantur à Reo, valet nihilominus absolutio. Quod si post absolutionem Reus non satisfaciet, non reincident, quippe iure non expressum.

9 Absolutio ab Excommunicatione aliaue censure etiam absenti dari potest. Nam Excommunicatio est pœna Ecclesiastica, quæ sicuti absenti infligi, ita ei remitti potest; absolutio autem sacramentalis requirit præsentiam Rei. Absolutio ab excommunicatione etiam inuito conferri potest, quia est pœna excipere, nisi quis contumaciter perseueret in crimine, V. C. hæresi; nam talem nemo absoluere potest nisi auctor Canonis.

NB. Absolutio ab Excom. non debet esse extorper vim, nam requiritur libera intentio siue voluntas absoluendi.

10 Excommunicatus ex alia causa iterum potest communicari, consequenter etiam absolui ab excom. altera manente.

NB. Absolutio generica & indefinita allata à præuilegiato Confessario valida est, (cuiusmodi absolutio sacramentali absolutioni ad cautelam præmitti solet) licet fortè pœnitens, per obliuionem non crassam omittat confiteri peccata, quibus censura annu-

za, aut Confessarius nesciat, esse excom. isti peccato annexam. Vnde sequitur, si postea pœnitens recorderetur peccati Summo Pœntifici reseruati, quod apud Confessarium dicta potestate præditum bona fide confiteri intermisit; posse illud deinde cuius expofito confiteri, quippe cum Papalis reseruatio censuræ ablata fuerit. Secus est dicendum, si peccata specialiter sint reseruata Episcopo, quia Episcopi non tantum censuras, sed etiam ipsamet peccata secundum se absolutioni suæ reseruare, & Parochis eorumque cooperantibus denegare solent.

PARS TERTIA.

De Suspensione.

CAP. I.

Quid & quotuplex sit suspensio.

Suspensio est Censura, per quam persona Ecclesiastica impeditur, iure seu potestate Ecclesiastica uti.

Suspensio vel est totalis (quæ simul est ab officio & beneficio) vel partialis (vel est ab Ordine, aut aliquo actu Ordinis, v. c. à celebratione, vel à iurisdictione tantum, vel à distributionibus percipiendis, vel à voce suffragii, vel à collatione beneficii.)

NB. Totalis suspensio à beneficio est, per quam quis ab administratione & fructuum perceptione suspenditur. Totalis ab officio est suspensio ab omni spirituali Officio Ordinis & iurisdictionis, potest tamen taliter suspensus ministrare sacro, cum aliis orare, in necessitate baptizare, mortuos sepelire.

N 4 Suspen-

3 Suspensus à beneficio non ideo etiam à beneficio suspensus est, neque vice versa; quia sunt diuersae pena, ideo potest vna sine altera executioni mandari. Quod si suspensio ab officio ob delictum graue perpetuò duratura sit, beneficiatus beneficio priuari debet.

NB. Suspenso ab Officio totaliter illicitè conferri beneficium. Cum enim beneficium detur propter Officium non rectè confertur ei, qui officium praestare non potest, tamen non esse irritam collationem, sed infirmandam, putat Abbas.

Suspensus à beneficio, non ideo etiam ab officio suspensus est, quare potest & debet etiam officio suo satisfacere.

NB. Suspensus à beneficio intelligitur tantum perceptione fructuum ac temporali administratione beneficii: quod si se ingerat administrationi beneficii interdicti, ipso iure priuatur.

4 Suspensus à beneficio non potest fructus percipere, nisi quatenus indiget, modo tamè beneficium per se vel per alium praestet.

NB. Suspensus à beneficio non propterea amittit ius eligendi aut conferendi, quod ratione beneficii competit; quia collatio & electio non proprie numerantur inter beneficii fructus, quorum perceptio suspensio interdicta est, cum potius sint actus officii quasi iurisdictionis, ratione beneficii competentes, vnde Canonis auctor, cum ab utroque tam beneficium quam iure eligendi suspendere vult, id ipsum exprimit. Si ergo in canone non exprimat, non est cui extensionem faciamus in materia poenali.

5 Suspensus ab ordine exercere potest actus iurisdictionis, qui Ordinis actualem usum non requirunt.

runt, & vice versa, (quare Episcopus suspensus ab Ordine licet Confessionem audire non possit, alteri tamen absolvendi potestatem dare potest) suspensus à iurisdictione exercere potest actus Ordinis, quæ sine iurisdictione sunt, cuiusmodi est sacrificare, &c. At verò Actus Ordinis, ad quorum substantiam requiritur iurisdictione, uti est absolutio à peccatis, ne valide quidem exercere potest: sed neque eos actus Ordinis aut sacra officia, quæ sine iurisdictione licite non fiunt, suspensus à iurisdictione exercere debet, quare peccat Parochus, si sacramenta ministrat ouibus suis, ut pastor Ordinarius: & Episcopus si subditis suis Ordines conferat.

Suspensio ab Ordine Episcopali non includit suspensionem ab ordinibus sacerdotalibus exercendis.

NB. Suspensus ab ordine Inferiore (V. C. Episcopus à Sacerdotali) censetur etiam suspensus à superiore; non vice versa; Nam *cui non licet, quod minus est, non debet licere, quod maius est.*

NB. Presbyter suspensus ab officio Diaconi, à sacrificando etiam suspensus censetur, potest tamen confessionem audire, baptizare, licet non decenter, tamen ut irregularitatem non contrahat.

NB. Episcopus suspensus à collatione ordinum minorum, potest tamen conferre maiores, quia horum collatio non est necessario connexa.

Censura ligatus in vno loco, ubiq; ligatus manet, afficit enim censura personam, ideo comitatur eam extra territorium conferentis.

NB. Ex vi censuræ suspensionis non tenentur fideles vitare suspensum, etiam denunciatum, cum id nullo iure cautum sit, quamvis lex charitatis postulet,

stulet, vt Clericum ab officio suspensum non inducam, V. C. ad celebrandum, quando is sine peccato celebrare non potest. Sin verò iusta causa adsit à suspensio non denunciato sacrificium petendi, tunc licitè parere potest.

C A P. II.

Quis possit censuram inferre.

¹ **Q**ui possunt excommunicare, possunt etiam suspendere; ac vice versa.

² Omnes Clerici possunt suspendi præter Papam, Et Episcopos ob dignitatem ex speciali priuilegio, etiam electos & necdum confirmatos & Cardinales. Nam priuilegia à principe concessa, si nemini sint præiudicantia, amplè interpretari conuenit.

³ Non tantum singulae personæ, sed etiam communitas (capitulum) suspensione ligari potest, idque dupliciter, collectiuè & distributiue singulos comprehendens, qui duo modi interdum coniunguntur.

NB. Suspendio lata in Capitulum, si nihil aliud exprimitur, neque ex adiunctis colligatur, extendi non debet ad personas particulares, quia vox Capituli Collectionem significat, non personas singulas.

C A P. III.

Ob quam Causam suspensio fieri possit.

¹ **C**ensura suspensionis non incurritur sine propria culpa. Ratio, quia suspensio est pœna

Plerunque requirit Culpam mortalem, quia pœna debet esse commensurata culpæ: suspensiones autem sunt pœnæ graues. Interim etiam ob leuem culpam

culpam leuis suspensio imponitur, putà à curandis distributionibus.

Suspensio interdum fertur ob culpam merè præteritam, variè: 1. In perpetuum & habet vim depositionis, 2. Ad tres annos, quibus finitis, expirat suspensio 3. Donec Reus satisfecerit, præstata satisfactione expirat censura. 4. Ad bene placitum superioris, mortuo tamen superiore cessat, non sunt tamen hæ proprie dictæ censuræ, vnde nec per absolutiōnem tolluntur, sed varijs modis. Alia igitur est proprie censura, quæ iudicis Admonitionem & Contumaciam rei requirit; & illa deposita contumacia, indiget absolute.

C A P. IV.

Quibus modis suspensio tollitur.

Suspensio lata ad certum tempus, eo elapso, per se cessat.

Suspensio, quæ proprie Censura est, ob contumaciam lata, absolute indiget.

NB. Parochi communi iure à suspensionibus absoluere non possunt.

Suspensio, quæ propter peccatum præteritum, ut purapœna imposita est vel in perpetuum, vel ad certum tempus, si relaxanda sit, remedio dispensationis indiget, quam inferior Prælatus iure proprio facere non potest. Ratio, quia sicut legem superioris, ita & annexam ei pœnam inferior soluere non potest.

Qui tamen priuilegium vel generalem commisionem habent absoluendi à suspensionibus, etiam eas tollere possunt.

NB. Iure nouo Trident. Omnes Episcopi possunt absol-

absoluere à suspensione etiam Papæ reserua, dummodo proueniat ex delicto occulto non deducto ad forum contentiosum.

NB. Forma Absolutionis à suspensione est: *Absoluo te à vinculo suspensionis, quod incurristi propter tale crimen, & restituo te ad executionem muneris tui, ordinis, vel ad beneficium tuum.*

NB. Ante absolutionem satisfactio & cautio saltem iuratoria, si non pignoratitia aut fideiussoria præstanda est.

C A P. V.

De depositione ac degradatione.

1 Depositio est perpetua & irremissibilis Ecclesiastica personæ ob enorme crimen remotio à ordine, iurisdictione ac beneficio.

2 Depositio differt à suspensione perpetua, quod suspensio licet priuet fructibus beneficii, tamen non titulo radicali, sicut suspensio Clerici propter furtum, homicidium, perurium, adulterium, stuprum violentum, incestum & sodomiam notoriam (NB. semper repetitam, ipso iure priuantur beneficiis, tamen requiritur sententia Iudicis.

3 Per simplicem seu absolutam depositionem non auferuntur priuilegia fori & Canonis, sicut per degradationem. Vnde & Clerici depositi alendi sunt ab Ecclesia, ne cum opprobrio cleri cogantur medicare, nisi in crimine contumaciter persistant. Quod si Clericus in contumacia incorrigibilis perseveret, est per secularem potestatem comprimendus, in exilium mittendus. Requiritur tamen traditio actualis à prælato.

NB. No-

NB. Notorius Concupinarius, si post monitionem continuet, dat sufficientem causam ad depositionem.

Degradatus dicitur quasi ex gradu eiectus.

Degradatio, (quæ est pœna Ecclesiastica, qua Clericus ab omni Officio a beneficio Ecclesiastico depositus, Clericorum insuper priuilegijs, per solemnem sententiam in perpetuum exuitur, recidens sub iurisdictionem brachij secularis, in quò differt à depositione, quippe per quam priuilegia fori & Canonis non auferuntur) Alia est verbalis, (sine ceremonijs) alia realis siue sollemnis.

NB. Degradatio verbalis requirit proprium Episcopum, 6. Abbates iuxta Trident aut si non haberi possunt, 6. alij prælati Ecclesiæ in condemnationem Presbyteri, 3. in Condemnationem Diaconi vel subdiaconi. Ad degradationem aurem in minoribus sufficit sola autoritas Episcopi cum Clericis quibusdam Capitulum representantibus.

Facta degradatione verbali, venitur ad Realem adhibitis ceremonijs, & criminofum indutum vestibus sacerdotibus spoliando.

Discrimen est inter has duas degradationes, quod Realis ab Episcopo consecrato; Verbalis etiam à generali vicario per commissionem fit: quia ad eam non requiritur potestas Ordinis, sicut ad Realem, sed solius iurisdictionis.

NB. Realis degradatio debet fieri coram Iudice seculari, cui denunciatur, vt reum in suam iurisdictionem recipiat, cum intercessione tamen, vt Iudex sententiam citra mortis periculum velit moderari, ne Ecclesia hominis necem procurare censeatur.

Cri-

- 6 Crimen ob quod Clericus degradatur, & seculari Iudici traditur, debet esse grauissimum. 1. Crimen hæresis, si reus pertinaciter in eo perseueret. 2. Falsatio literarum Papalium. 3. Sodomia frequentata. Calumnia proprio Episcopo irrogata, si incorrigibilitas accesserit; denique ob crimen homicidij repetitum, & crimen & enorme, & Republicæ perniciosum. V. C. parricidium, Magia.

PARS QVARTA.

De Interdicto.

C A P. I.

Quid sit Interdictum.

- 1 **I**nterdictum est Censura, priuans participatione Sacramentorum, diuinorum officiorum, & Ecclesiastica sepultura. Materialiter quod fit pœna, conueniens cum omnibus Censuris: Formaliter autem distinguitur. Nam excommunicatio priuat diuinis Officijs, Sacramentis, &c. quæ itenus continent Sacramentum communicationem cum fidelibus: Suspendio priuat spiritualibus bonis, quatenus proueniunt ex potestate Clericali, quæ per Censuram impedita est: at verum Interdictum priuat dictis spiritualibus bonis, quatenus habent rationem dispensationis ac participationis; quam Ecclesia iustis de causis per Interdictum subtrahit.
- 2 Interdictum diuiditur in locale (immediate adficiens locum, prohibendo ne in eo sacra illæ functiones fiant) personale (quod immediate adficiat

afficit personas, prohibendo eis participationem Sacrarum illarum functionum.) Locale interdictum subdividitur in generale; regni, prouinciæ,) quod etiam constringit innocentes, nisi specialiter excipiantur) & particulare (per quod interdicatur certus locus sacer, parochia Ecclesia) excipiuntur tamen oratoria priuata.

Interdictum locale grauius est, quam personale, ³ quia in Interdicto locali virtualiter includitur etiam personale, sed non vice versa.

NB. Communitate interdicta possunt Clerici celebrare publice, campanas pulsare, nisi timeatur tumultus in populo.

NB. Innocentes propriè non puniuntur, sed solum per accidens, quia sunt in loco interdicto; quod si inde transeant, cessat omne impedimentum, etiam mutando domicilium.

Alia est diuisio Interdicti, in totale & partiale. Totale ⁴ habet omnes Effectus Interdicti, partiale solum prohibet ingressum in Ecclesiam.

NB. Qui in tali partiali Interdicto moritur sine penitentia, non est in loco sacro sepeliendus.

NB. Cui interdicta est Ecclesia, etiam Sacramenta Ecclesia interdicta esse consentur, extra Ecclesiam tamen potest accipere Sacramenta.

NB. Clericus Interdictum violans, exercendo actum Ordinis, intra Ecclesiam fit irregularis.

Exempla Interdicti habes apud Innocent. I. contra Arcadium ratione Eudoxiæ vxoris in causa S. Iohannis Chrysostomi. Et S. Ambrosium Imperat. Theodosio ob Thessalonicensium cædem ecclesiæ ingressum interdicentem.

De Effectibus Interdicti.

Tres sunt Effectus Interdicti totalis. 1. Vfus actiuus & passiuus sacramentorum prohibitus est, excipe Baptismum, Confirmationem, & omnes fideles etiam Clerici possunt interesse administrationi huius Sacramenti. 3. Sacramentum poenitentiae omnibus administrari potest, sed non interdictis, nisi satisfecerint, vel satisfaciendo causam poenitentiam fideiussoriam, vel saltem iuratoriam praestiterint. 4. Eucharistia per modum viatici mortuaris, & propter hoc semel in septimana per Missam renouari potest.

NB. Religiosi ac Moniales habent licentiam extra mortis articulum communicandi in loco interdicto:

NB. Parochus interdictus non potest per se Sacramenta ministrare, si alius sacerdos innocens haberi possit, cui vices suas deleget: cum enim per censuram Interdicti, iurisdictione priuatus non sit, vt que delegandi facultatem habet.

NB. Extrema vnctio tempore interdicti non potest porrigi nisi peste infecto, si non possit communicare.

Nec Ordinis nisi in casu necessitatis, aut penuria ministrorum, quia non expressum.

Matrimonium potest, quia non dependet ab Administratione aut dispensatione Ecclesiae, sed cum excommunicato non licet contrahere matrimonium, quia Excommunicatio priuat communionem fidelium.

2 Secundus Effectus interdicti est. Quod Celebratio

tiō & auditio diuinorum officiorum prohibentur, Missæ & horarum, publicè Sacramentalia, benedictiones solemnes.

NB. Limitata est hæc prohibitio, vt singulis diebus liceat diuina officia celebrare, sed submissa voce sine tintinabulis sub elevatione, interdictio tamen exclusiua, intellige tamèn hæc de Interdicto generali, nam in speciali alicuius Ecclesiæ non licet sacra officia dicto modo celebrare.

Infantes non possunt interdici, item si Sacerdos non possit habere alium ministrantem, potest accipere interdictum.

In priuatis Orationibus etiam potest celebrari, licet Ecclesiæ sint interdictæ.

NB. Si interdicti præsentès ante Canonem debent expelli, aut discedendum est sacerdoti.

Clerici beneficiati & Monachi possunt imò tenentur in loco interdicto submissè cantare horas, si ipsi non sint interdicti.

NB. In 4 festiuitatibus cessat interdictum à primis vespèris ad secundas inclusiuè, & cietis interdictis, omnia possunt solemniter peragi. Excipe, extremam unctionem & Ordinationis, nisi in necessitate, si in prouincia pestis tempore non essent sacerdotes ad renouandam Eucharistiam pro morituris.

Tertius Effectus interdicti: In loco interdicto nulli fideles sepeliri possunt, etiam ne quidem infantes & amentes: cum ea æque vt adultorum Corpora huius priuationis capaces esse possint.

NB Innocentes non Interdicti possunt in alio loco non interdicto sepeliri, quod si fuerint sepulti in loco interdicto non debent exhumari: personaliter amen interdicti, si sepulti sunt, debent exhumari.

○

Perfo-

4 Personaliter non Interdicti possunt in loco interdicto sepeliri ex privilegio, sed sine pulsu, si tamen alium locum non interdictum possint deferri, non debent in loco interdicto sepeliri.

NB. Interdicti personales non denunciati possunt sepeliri in loco non interdicto: nam quibus vis communicamus, etiam mortuis communicari possumus.

C A P. III.

De violatione Interdicti.

1 **C**Lericus violans Interdictum personale, aut locale, peccat mortaliter, quia ad eos maxime pertinet, estque materia gravis, quod fit, si celebret aut intersint sacro personalis Interdicti, locali si solemniter non interdicti celebrent, aut alioquin celebrent.

2 Laici personaliter & localiter interdicti peccant mortaliter, si fraudulentè se ingerant ad audiendum diuina officia, secus si non personaliter interdicti tunc enim solum venialiter.

3 Pœnæ Clericorum, si violent; 1. priuantur sepultura privilegio. 2. Sunt ineligibiles. 3. Incurrunt suspensionem ab Officijs & iurisdictione. 4. Reliqui omnes excommunicantur, si aduertentes Ecclesiam parochialem loci interdictum seruare, ipsi non celebrent. 5. Qui excommunicatum, aut interdictum denunciatum, in loco sacro vel interdicto sepeliunt, contra iuris permissionem, ipso iure incurrunt excommunicationem, vti Dominus temporales cogens Clericum, vt in loco interdicto solemniter celebret, & omnes alij interdicti, si iussi exire, & non exierint.

exeat, incurrunt excomm. Papæ reseruatam. Clem.
2. de sententia Excommunicationis.

C A P. IV.

Quis possit interdicere.

Qui Excommunicare, ijdem etiam possunt in-
terdicere, si interdictum in plebem, quoad
locale?

Interdicens non interdicitur, quia nemo à se ipso
per se vinculo censuræ, quia pœnale est, obligari po-
test: nisi in interdicto locali, quod directè afficit
personas.

Clero interdicto, plebs non censetur interdicta,
neque vice versa; quia in sententia pœnali mitior sen-
sus præferri debet; populo à Clero distincto.

Clericis interdictis Religiosi non sunt, quia est
materia odiosa, tamen quoad locale comprehen-
duntur.

Vt Interdictum totale feratur in certam perso-
nam requirit mortale; quia est pœna grauis. Partiale
ob veniale nam locale in grauius peccatum requirit,
quam excom. ob debitum pecuniarium nulla Com-
munitas debet interdici.

C A P. V.

Quomodo Interdictum tollatur.

Interdictum, si ob conuinciam, debet absolui; a-
lia interdicta cessant, sublata conditione.

Interdicta iure communi imposita, possunt tolli
per Episcopum.

NB. Interdictum per se cessat elapso tempore
vel conditione.

3 Interdictum personale non reservatum potest absolvi à parochio.

NB. Interdictum interdum requiritur, ut p[ro]p[ri]e Papa propter peccata pr[ae]terita, interdum ob contumaciam.

Interdictum potest interrumpi, sed non excommunicatio. 310.

NB. 2. Ab omni interdicto iuris p[er]sonali, si speciali absolutio dari potest, per privilegium, quod conceditur potestas absoluendi ab omnibus censuris iuris.

4 Licet Ecclesia diuita, tamen locale interdictum non tollitur, secus est in Communitate. 310.

C A P. VI.

De Cessatione à diuinis.

1 Cessatio à diuinis (non est censura) sed est Ecclesiastica prohibitio, ob quam Clerici cessant in certo aliquo loco; à diuinis officijs & Sacramentorum administratione, nisi quatenus eam Cessatio postulat. Cur? in signum grauissimi in Ecclesia concepti propter grauissimam iniuriam, sibi aut honori diuino illatam, ut hac ratione iniuriam desistere, & Ecclesiae satisfacere cogatur. 310.

2 Differt ab Interdicto, quod violans interdictum fiat irregularis, non autem violans cessationem grauius peccet. 311.

3 Concessio sacramentorum tempore interdicti trahuntur etiam ad cessationem.

4 Sepultura non prohibita (si sine officio funebri fiat) tempore cessationis.

Nam Effectus cessationis est à diuinis officijs, sepultura autem non est diuinum officium. Extensio autem

autem ab Interdicto ad Cessationem non est in materia odiosa facienda.

Cessationem à diuinis potest mandare Episcopus, causa debet esse delictum grauissimum contra commune bonum Ecclesiæ; V. C. immunitatem eius.

PARS QUINTA.

De Irregularitate.

C A P. I.

Quid & quotuplex sit Irregularitas?

Irregularitas est impedimentum Canonicum, per se primo impediens susceptionem Ecclesiasticorum ordinum; secundario verò & consequenter eorundem usum.

Irregularitas distinguitur à Censuris, quia censura ex propria ratione sua ob culpam infliguntur, tanquam medicinales pœnæ. Irregularitas verò est moralis inhabilitas personæ ad Ordinem Ecclesiasticum consequendum propter aliquem ipsius defectum, maculam, quandoquidem decet eos, qui ad Altaris ministerium assumuntur, tam corpore, quam animo immaculatos esse.

NB. Irregularitas etiam in laicos, non item suspensio.

Quæcunque sacra munera laico competere possunt, uti sunt Sacramenta suscipere &c. ea etiam Clericus irregularis licitè obire potest. 313.

Irregularitas non priuat Clericum iurisdictione, quamuis ea, quæ actum Ordinis requirunt, non licitè

licitè, tamen validè exerceat. Nec beneficio modo per vicarium, debet tamen, dispensari: alias privatus.

3 Irregularis occultus accipiens beneficium non tenetur manifestare, dummodo impetret dispensationem, postea erit securus in conscientia.

4 Irregularitas requirit, vel culpam mortalem, vel alium defectum grauem, idque ob honorem sacri ministerij.

Irregularitas diuiditur, in eam, quæ ob mortalem & ob defectum.

5 NB. Irregularitas non imponitur ab homine sed solo iure vniuersali pontificio, non particulari. 314.

6 Et defectu in iure specificè nominato, aut per consuetudinem legitime introductam. Nam Consuetudo per tacitum Consensum est constituta iuris, etsi lex scripta desideretur, ut dispensatio per saltum nullo iure sed consuetudine habilita.

7 Irregularitas alia totalis, quæ omni Ordine, & alia partialis, quæ sola aliquo ordinis ministerio priuat, V. G. Sacerdos pollice carens est irregularis ad sacrificandum, non autem ad Confessiones audiendas, quia deformitas superueniens Clericis reddit eum inhabilem tantum respectu illius ministerij, quoad talem infirmitatem rite exercere non quit.

Alia partialis, quoad tempus morbi, cessante morbo, cessat.

* * *

C A P. II.

*De Irregularitatibus, quæ incurruntur ob
Baptisma.*

Rebaptizans alterum & ministrans illi, incurrit irregularitatem, vt non possit ad maiores ordines ascendere, intellige si crimen publicum & ignorantia crassa, & non ob metum grauem, & simulatè aut sub conditione, quia leges pœnales debent intelligi cum effectu, qui autem sub conditione baptizat, verè non baptizat, quia apposita conditio si subit suspendit & impedit actum.

Item qui se sinunt rebaptizari sunt simpliciter irregulares.

Baptizati ab hæreticis non sunt irregulares; si qui Canones. Respondeo, non habere auctoritatem.

Qui se scienter Baptizari sinit ab hæreticis, & sine necessitate, ille efficitur irregularis 316.

Neophyti irreg. iuxta Concilium Sardicense œcumenicum c. 13. *Conueniens non est, nec ratio, nec disciplina patitur, vt temerè ordinetur aut Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est.*

Qui in ægritudine baptizatus est, irregularis est, quia suspicio est, quod fides ab ipso non tam voluntariè, quam ex necessitate suscepta sit.

Neophyti non statim ordinandi.

Reiterans confirmationem aut Ordinem, non fit irregularis, quia iure non expressa. 317.

De Irregularitatibus ex abusu Ordinis.

1 **Q**ui furtiue ordinatur, fit irregularis. Liberatus sub pœna excommunicationis postea in Religione aliquandiu laudabiliter vixit; secus potest Episcopus dispensare, & valet tum Ordo, si quem furtiue incepit. 317.

2 Clericus ministrans in Ordine, quem non habet, fit irregularis. Intellige si mortaliter peccet, & non ex ignorantia.

Si tamen absque stola vel manipulo Epistola vel Euangelium solemniter canet, non fit irreg. quod proprium insigne Diaconi est stola, subdiaconi manipulus 318.

NB. In religionibus & quibusdam Cathedralibus est consuetudo, vt Clerici minores cantent Epistolam & Euangelium, sed sine stola & manipulo.

Si Diaconus solemniter baptizet, ignorans non crasse esse illi prohibitum, non fit irregularis.

NB. Non ordinatus temerè audiens confessorem tenetur pœna falsi, L. eos. ff. ad L. Cornel. de falso.

3 Clericus Confessionem audiens non fit irregularis, quia solum Clericorum mentio, vt pote frequentius petentis delinquere in hac materia. 319.

Parochi non debent alios ad munus concionandi vsurpare nisi Diaconos, idque ex consuetudine accepta.

4 Clericus violans censuram maioris excommunicationis, suspensionis ab ordine, interdicti, exercendo actum proprium Ordinis, mortaliter peccat.

eans fit irregularis; non fit irregularis, si actus iurisdictionis aut matrimonio assistat, sed non audet benedicere. 320.

Non fit irregularis licet canter Resp. modo non agat officiatorem, Dominus vobiscum cantando, non fit etiam Clericus irregularis, celebrando, &c. Si non sit ipsi prohibitum, secundum substantiam, sed solum secundum accidentalem modum. V. C. Episcopus in Pontificalibus si prohibetur, non fit irregularis, si celebret sine pontificalibus.

Quod Episcopus excommunicatus fit irregularis, si sinat coram se celebrari, non nititur scripto iure, 320.

Clericus suspensus à suo ordine non fit irregularis, si ad superiorem ordinem ascendat, quia iure non expressum. 321.

NB. Primum sacrificium seu sacerdotis primitias non aestimari actum illum concelebrationis, cum neque certum sit, vtrum re ipsa consecret, an solus Episcopus.

Deinde in materia odiosa pœnæ non sunt extendendæ, sed potius restringendæ.

Diaconus supremus si illi deferatur officium cantandi Euangelium, & non potest declinare aliquis infamiam, potest parcere. 321.

C A P. IV.

De Irregularitatibus ex Infamia.

Infamia est bonæ famæ priuatio. *Fama bona* autem est dignitatis illa status, legibus aut moribus comprobatus l. cognitionem. ff. de variis & extraordinariis cognitionibus. quare infamia nihil aliud est, quam diminutio talis status. 322.

O 5 Infamia

Infamia duplex; iuris & facti: Iuris iterum duplex, Alia ex proprio delicto, cui ex iuris constitutione infamia annexa. 1. Crimen lenocinii ante Iudicis sententiam, si per consuetudinem, l. Athletas, §. prætor ait, ff. de his, qui norantur infamia. 2. Crimen spōfialiorum, vel matrimonii cum duabus. 3. Publici vsurarii. 4. Crimen læsæ Maiestatis, cui assimulatur persecutio hostilis. Ecclesiæ Cardinalium, vel præstitum auxilium. 5. Crimen periurii promissorii. 6. Ignominiosa exauctoratio militis, ob crimen commissum. 7. Qui operas suas vt cum bestis pugnaret, locauit. 8. Qui quæstus causa cum homine certat, exceptis pugilibus, qui pro præmio proposito certant inter se. 9. Crimen hæresis. 10. Sodomitæ per consuetudinem. 11. Raptores & in duellum descendentes. II. Alia Crimina, quæ per sententiam, vt homicidium, adulterium, proditio, crimen falsi, rapinæ furtum, dolus malus, iniuriæ. Et non solum qui de his condemnatus, sed etiam qui pactus, ne de tali crimine accusaretur; quoniam intelligitur confiteri crimen, qui paciscitur, l. seq. ff. eo. M. require Iudicis sententiam condemnantis de turpi pactione, accusator iniquus secuta sententia condemnatoria, & non appellatione tempestiue facta 323.

Tortura non reddit hominem infamem, sed confessio virgarum, etiam si sententia condemnatoria non præmittatur, modò reus crimen confessus sit, aut in eo deprehensus.

Altera iuris infamia non ex proprio delicto, sed vel ex delicto parentum, vt V. C. Crimen læsæ M. vel parentū, si persecutores Ecclesiæ, Cardinalium. Vel ex vili conditione, vt histriones obsceni, & qui cum

tali muliere histrionis matrimonium contraxit. Illegitimi etiam, non simpliciter, sed in ordine ad effectus iure expressos; cum interim, si iura non prohibeant ad actus legitimos & munera publica admitti debeant, V. C. ad manus tabellionis, ad ius hæreditatis ex testamento: si instituatur à carente ascendente, & descendente denique Carnifices & eorum filii. 323.

Hæ omnes etiam iure Canonico receptæ, iuxta 2
Hadrian Pap. causa 6. q. 1. *Omnes infames esse dicimus, quos leges seculi infames appellant.* Nisi speciatim abstulerint Canones infamiam, ut mulieris intra annum viduitatis ad nuptias transeuntis.

Infamiam Iuris authoritatiue tollere potest Princeps comparatione subditi: Si Pontifex ab Ecclesiasticis personis & laicis si Clerici velint fieri. 3

Infamia facti est publica notitia vel opinio Criminalis commissi, per quod fama & existimatio hominis; spectata personæ qualitate & statu, apud viros prudentes grauius læditur.

N. Licet aliquis de Crimine accusatus, tamen nõ 4
ideò infamis censeretur, nisi apud viros prudentes & honestos famam eius læsam esse sciatur. 324. & vanæ voces hominum non sunt audiendæ.

Clerico probabilibus coniecturis infamato de crimine, quod rã plene probari non potest, indicenda est canonica purgatio, ut iuret se delictum non commisisse; quod si crimen graue, interim suspendi debet, donec se purgarit.

Ad infamatum de crimine requiritur, ut viri graues ac prudentes talem de homine existimationem habeant, secus si leues. Nam vanæ voces hominum non sunt audiendæ. l. decurionum. C. de pœnis.

Crimen

Crimen infamiae tale debet esse, ut attento statu personae merito vilem illam faciat, sicut Molina: *Si homo secularis in simplices fornicationes incidat, vel immeritate curet, vel similia alia crimina habeat, non contrahit infamiam facti*; intellige civiliter, non quo ad ordines Ecclesiasticos.

Infamia facti incurritur spectato iure canonico, ob quoduis mortale notorie perseverans, hodie non tam strictè servatur. Civili autem iure infames, censentur filii, quos pater in testamento serio increpavit, si infamia iure non expressa stat penes Iudicis arbitrium & Iudicium.

5 Primus Effectus infamiae non ad dignitates admitti. l. vnica, C. de infamibus lib. 10. *Neg, famosis et notatis, et quos scelus et vita turpitudine inquinat, et qui infamia ab honestorum coetu segregat, dignitatis portabunt.*

Infamia iuris non tantum repellit à beneficiis, sed etiam priuat quæ sitis: Sicut enim miles priuatur per contractam infamiam iure militari, l. 2. §. miles. ff. de his, qui notantur infamia. ita miles Ecclesiasticus, proquiritur tamen sententia Iudicis. 325.

At verò infamia facti repellit quidem à dignitatibus ipso iure acquirendis, sed non à quæ sitis, cum nullo iure expressum, quare priuatio dignitatis legitimo superiore inferenda est.

6 N. Electio vel collatio beneficii, ipso iure irrita facta, irrita est in foro externo, sed in foro conscientiae non tenetur resignare, si se ad beneficium libilem reddere velit.

7 Secundus Effectus infamiae repellit hominem à actibus publicis; ut, Iudicis, Assessoris, causarum peritroni, accusatoris, testis.

Effectus

Effectus infamiae iuris & facti inducit irregulari- 8
tatem, quia in sorte Domini vocati, debent etiam
immaculari.

Tertius inducit irregularitatem; excipe si crimen 9
occultum, quia infamia essentialiter consistit in di-
minutione famae, ergo ante publicationem non po-
test incurri.

NB. Ob occultum crimen infamia potest pœni-
tentiā deleri, sed si timeat crimen infame publi-
candum, debet abstinere à susceptione ordinum, quia
tum rescinderetur.

NB. Crimen publicum infamiae, non tollitur 10
per pœnitentiā, quia talis infamia habet rationem
pœnēsentialis, quæ à legitimo Magistratu in per-
petuum lata, ergo tolli non potest nisi ab eodem
Magistratu.

Hinc sequitur Magistratum Ecclesiasticum non
posse infamiam restituere in ordine ad Effectus ciui-
les, nec ciuilis Magistratus in ordine ad Effectus Ec-
clesiasticos; Intellige, si infamia ciuilis iure canoni-
co specialiter decreta non sit, sed indirectè, quatenus
omnes iure ciuili infames, etiam canonicè infames
censentur. 327.

Infamia facti tollitur per contrarium constantem
emendationem: non enim debet despici in eo, quod fuit
qui iam incipit esse, quod non fuit; S. Gregorius. Ratio,
quia cessante causa, cessat Effectus. c. cum cessante, de ap-
pellat.

Infamia facti non propriè causat irregularitatem.
Nam irregularitas perpetuum est impedimentum.
Infamia facti autem potest tolli per emendationem.

Hinc concubinarius notorius post emendationē
sine dispensatione potest celebrare.

Spectato

Spectato iure antiquo fidelibus prohibitum non
audire Missam concubinari notorii, sed per Extra-
uagantem, prius denunciati esse debent.

- 12 Apostatae oculi possunt admitti ad sacramen-
talis, quia Apostata non irreg sed quatenus infamia
iuris annexam habent.

In Germania publici haeretici & filii eorum ad-
mitti possunt ad Ordines, quamuis alias secundum
communem sententiam, ex c. presbyteros d. 50. no-
toria haeresis impediatur a susceptione ordinum. 320.

CAP. V.

De Irregularitatibus ex natalium defectu.

- 1 Filii illegitimi irregulares in detestationem scele-
ris, & ob turpitudinis notam, & propter timo-
rem, ne imitentur parentes. 328.

Oculi illegitimi, scientes se esse illegitimos de-
bent abstinere ab Ordinibus, nisi grauis causa urgeat.
Matres scientes possunt suadere ordines illegiti-
mescientibus.

- 2 Episcopus non potest dispensare super irregulari-
tate, ex occulto natalium defectu ad sacros ordines,
nisi bona fide ordinatus fuit, nesciens defectum. 329.

- 3 Nati a parentibus coeuntibus post editum votum
castitatis, non fiunt irregulares, nisi certo canonice
constet.

- 4 Expositi non solent promoueri ad sacros Ordi-
nes, quia semper suspicio, quod illegitimi, possunt esse.
Episcopi dispensare, quia licet iure ordinatio non
possint in irregularitate notoria, tamen possunt in
casu dubio.

Ordinatus expositus securè potest progredi: cum e-
nim ordinatus habeat ius quæsitum, melior in dubio
est conditio possidentis. 330.

CAP.

De Irregularitate ex bigamia.

IR regulares sunt bigami, qui cum duabus consum-
marunt. 1

NB NB. Consummatio constat 1, ad Timoth. 3. 2
Oportet, &c. 320.

Quia mysticæ incarnationis significatio deficit, 3
ideo bigamia vera, si quis cum duabus legitimis vxoribus matrimonium consummauit.

Bigami interpretatiui, qui scilicet vnam vxorem viduam vel ab alio corruptam duxerunt, sunt irregulares Hilarius Papa in Concil. Romano: *Ne quisquam ad sacros ordines, qui vxorem non virginem duxit, aspirat.* Ratio, quia tale matrimonium non gerit perfectam similitudinem Ecclesiæ Christi, quæ virgo, &c. Nec refert, si vidua vim passa, aut vir ignorauit, quia non est ex culpa, sed ex defectu Sacramenti 331.

NB. Nec refert, si vir ante cum pluribus fornicatus, quia omnia tendunt ad mulierem, quia vbi reperitur maritalis coniunctio cum virgine, consistit perfecta significatio Sacramenti.

NB. Nec refert, si vir vxorem ante matrim. cognouit. NB. non irregularis.

Bigami interpretatiui sunt, qui ad vxorem adulteram accessit, quia desinit habere perfectam similitudinem Christi cum Ecclesia. 332. imò licet vxor vim passa, NB. tum irregularis & bigamus. 4

Tertius bigamus interpretatiuus vel quasi est, qui viuente vel mortua vxore aliam cognouit, cum qua validè contrahere non potuit.

Aliæ bigamiæ qualescunq; interpretatiuæ nõ exprimuntur. 5

primuntur in iure, ideo non trahunt secum irregularitatem. V. C. Matrimonium siue cum altero siue cum vtraque inualidè contractum, siue cum vidua inualidè, non trahit secum irregularitatem, nam iuri non conforme. Non enim præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, reg. 52. in 6. intellige, nisi consuetudine.

- 6 Religiosus professus contrahens cum virgine consummans fit irregularis, quia primam fidem Christo datam irritam facit, idque ex præxi Ecclesie tamen dispensare potest Episcopus, si prælatus Ordinis.

Clericus in sacris contrahens cum virgine fit irregularis, licet non vigore bigamiae similitudine tamen Episcopus post longam pœnitentiam potest restituere Clericum.

- 7 Bigamo iure communi non possunt conferri Ordines minores, quamuis ante bigamiam suscepti possint vt laici ex consuetudine ministrare.

- 8 Baptismus in bigamo non tollit irregularitatem quia vt ait S. Ambrosius. *In Baptismo culpa dimittitur, sed lex aboleri non potest.* Secundò ait S. Ambrosius: *Quomodo potest hortator esse viduitatis, qui ipse coniugium quaerit?* 334.

- 9 N. Infamia ciuilis in baptismo non aboletur defectus natalium, aut fuitum Iudæi, aut cæcus secularis Magistratus famam restituat.

Infamiae autem facti ortæ ex iniustis homicidiis adulteriis, per baptismum tolluntur, qui per baptismum non solum peccata, sed etiam morales maculae tum obligatio satisfaciendi non deletur per baptismum, adeo vt Iudæus propter furta ante baptismum commissa

commis-
lum in in-
scindes, v-
sus, talis

D.

O Mni

ercit

mitatem.

ducit. 335.

Cœci,

stituti, & c.

cessarius in

ministro c.

bus caren-

gibbum v-

formes; H-

neum, et

Herm-

gis scemir-

Vnius

deformit-

Irregu-

mentes,

luerunt

Lepr-

nunquar-

duntur

dote cel-

nisi bac-

Qui

gitoextr-

gate cruc-

commi-

commiffa, post baptilmum poffit puniri: Si verò fo-
lum in iniuriam Dei ceflit, v.g. Hoftiam cultro con-
fcindés, vnde fanguis profluxit, & ille inde conuer-
fus, talis homò non eft aliqua pœna afficiendus.

CAP. VII.

De Irregularitate ex corporis vitio.

OMnis defectus corporis, qui vel congruum ex-
ercitium ordinis impedit, vel notabilem defor-
mitatem, aut horrorem adfert, irregularitatem in-
ducit. 335.

Cœci, surdi, vel gradiendi aut standi facultate de-
ftituti, & cui digitus deeft ad frangendâ hofciam ne-
cellarius irregularis funt. Surdus tamen secreto fine
ministro celebrare potelt. Nanus irregularis; Auri-
bus carentes irregulares, nifi capillis tegi poffunt qui
gibbum valdè deformem habet; Facie fi valde de-
formes; Hermaphroditus; fi ad fexum magis fœmi-
neum, etiam characteris incapax. 336.

Hermaphroditi profelfio nulla inter viros, fi mâ-
gis fœmin.

Vnius oculi, etiam finiftri, priuatio, fine notabili
deformitate, irregularem non efficit. 2

Irregulares funt leprofi, phrènetici, paralitici, â-
mentes, caduci, Epileptici, fi tamèn integrè conua-
luerunt ex prælati iudicio, readmitti poffunt.

Leprolus priuatim potelt celebrare, Epileptici
nunquam, qui Epileptici nunquam perfectè fani cre-
duntur, Lunatici, fi interualla cum adiuncto sacer-
dote celebra poffunt; obfeffus non, nec claudus
nifi baculo vratur. 3

Qui fex digitos in manu habet, neque qui vno di-
gito ex minorib. caret; modo fine notabili defor-
mate cruce formare poffit, irregularis non eft. 4

P Nec

- 5 Nec irregularis, qui membro occulto sine propria culpa priuatus, si autem culpa propria irregularis, item qui sibi ipsi illicitè membra abscindit aut ab altero, est irregularis.
- 6 Iudicium deformitatis stat penes Episcopum & praelatum exemptum.

CAP. VIII.

De Irregularitate ex obligatione serui.

- 1 Mancipium sine licentia Domini non potest ordinari, item olim liberi, quia obnoxii Domini vinculo gratitudinis, adeò, vt si contra egerent, iterum relaberentur in seruitutem. 337.
- Seruus furtiuè ordinatus, debet satisfacere Domino suo. Si tum per annum seruiat, sacerdos liberatur, intellige, si seruiat in spiritualibus.
- 2 Mancipium ignorante Domino non potest fieri religiosus.
- 3 Coloni, & serui adscriptitii, qui tam ratione possessionis, quam personaliter obligati, non possunt ordinari stante obligatione.
- 4 Clerici in spiritualibus possunt esse Tabelliones in Consistorio, idque ex consuetudine. 339 Non possunt in secularibus, quia tabellionis officium vile, ideoque indecens personis Ecclesiasticis.
- 5 Personæ Ecclesiasticæ per cõsuetudinem possunt esse Iudices seculares, Consiliiarii Principum secularium, sed non in causis criminalibus, tamen in causa mortis aut mutilationis sententiæ, possunt si fidei defendendæ causa, aut bonum spirituale id exigat. 340
- 6 Olim Episcopi in litibus ciuilibus ad opprellas personarum iudicium postulati, sententiam de iuramento uam ferebant, vti Arcadius & Honorius in l. 9. Co. l. 1.

Iust. de
ratum
eamque
iubemus
bus non

Solu
quia
stituta
ce dispe
Rar
illicito
venire
scandal
NB.
celebra
scanda
Ad
formit
NB
possun
te pro
moso.
Ex
deduc
Ille
sum R
me na
aut mo

Iust. de Episcoporum audientia: Episcopale iudicium ratum sit omnibus: qui se audiri à sacerdotibus elegerint: eamque illorum iudicationi adhibendam esse reuerentiam iubemus, quam vestris deferri necesse est potestatibus, à quibus non licet prouocare.

CAP. IX.

De dispensationibus super irregularitatibus.

Solus Papa potest dispensare in irregularitatibus: I
quia irregularitates iure vniuersali canonico constitutæ sunt, in quo nemo inferior Summo Pontifice dispensat.

Rarò tamen solet in bigamia, nec in homicidio 2
illicito, nisi occultum, quod si tunc non ad Papam venire possit, tunc Episcopus, nec in deformitate scandalosa.

NB. Si maculosa deformitas post Ordines, potest celebrare, donec ipsi prohibeatur ab Episcopo, nisi scandalosum.

Ad arbitrium Episcopi pertinet iudicare de deformitate. 3

NB. Episcopi ex commissione ipso iure facta, 4
possunt iuxta Trident. dispensare super irregularitate proueniente ex eius delicto occulto & non famoso.

Excipe homicidium voluntarium ex aliis delictis 5
deductis in forum contentiosum. 340.

Illegitimorum irregularitas tollitur per ingressum Religionis, c. 1. de filiis presbyterorum Illegitime nati ad sacros ordines non promoueantur, nisi aut monachi fiant, vel in congregatione canonica
P 2 irregularitatibus

regulariter viuentes : prælationem verò nullatenus habeant.

- 7 Prælati Ordinum Mendicantium possunt dispensare cum suis super irregularitate, excepta bigamia vera & interpretatiua, & homicidio voluntario si occultum & iustum possunt dispensare à Martino V. etiã in bigamia similitudinaria possunt. 347

LIBRI SECVNDI

TRACTATVS I.

De Theologica Fide, & oppositis vitiis.

CAP. I.

Quid Fides?

- 1 **S**ignificat promissionem fidelitatis. 2. Eximiationem de alterius constantia in promissis. 3. Conscientia, quæ dicitur in promissis fidei seruandam. 4. Sig. Assensum intellectus, quem præbemus quippiam afferenti propter auctoritatem eius. 5. Ipsum obiectum, quod certa fide credimus.
- 2 Penultima nobis seruit, & est fides, *assensus firmus quem animus præbet alicuius dicto*, ob auctoritatem loci centis 346.
- 3 Fides vna est humana, altera diuina. Diuina dicitur tam ex parte principii, quam obiecti esse supernaturalis. Hinc si credam reuelatis à Deo propter humana motiua, non est diuina sed humana, quia licet obiectum sit diuinum, tamen non principium.

Distin